

Aby rozpocząć lekturę,
kliknij na taki przycisk ,
który da ci pełny dostęp do spisu treści książki.

Jeśli chcesz połączyć się z Portem Wydawniczym
LITERATURA.NET.PL
kliknij na logo poniżej.



Lucjusz Anneusz Seneka

MYŚLI

Tower Press 2000

Copyright by Tower Press, Gdańsk 2000

De Providentia

1 • 5

...Bonus tempore tantum a deo differt. Discipulus eius aemulatorque et vera progenies, quam parens ille magnificus, virtutum non lenis exactor, sicut severi patres, durius educat.

2 • 1

Nihil accidere bono viro mali potest: non miscentur contraria.

2 • 4

Marcet sine adversario virtus; tunc apparet quanta sit quantumque polleat, cum quid possit patientia ostendit.

2 • 6

Non fert ullum ictum illaesa felicitas; at cui assidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias duxit, nec ulli malo cedit sed etiam si cecidit de genu pugnat.

2 • 12

Mors illos consecrat, quorum exitum et qui timent laudant.

4 • 1

Prosperae res et in plebem ac vilia ingenia deveniunt: at calamitates terroresque mortalium sub iugum mittere proprium magni viri est. Semper vero esse felicem et sine morsu animi transire vitam ignorare est rerum naturae alteram partem.

4 • 3

Miserum te iudico, quod numquam fuisti miser. Transisti sine adversario vitam; nemo sciet quid potueris, ne tu quidem ipse. Opus est enim ad notitiam sui experimento; quid quisque posset nisi temptando non didicit.

4 • 4

Avida est periculi virtus et quo tendat, non quid passura sit cogitat, quoniam etiam quod passura est gloriae pars est.

4 • 5

Ipsis, inquam, deus consulit, quos esse quam honestissimos cupit, quotiens illis materiam praebet aliquid animose fortiterque faciendi ad quam rem opus est aliqua rerum difficultate: gubernatorem in tempestate, in acie militem intellegas.

4 • 6–8

Nolite, obsecro vos, expavescere ista, quae dii immortales velut stimulos admovent animis: calamitas virtutis occasio est. Illos merito quis dixerit miseros qui nimia felicitate torpescunt, quos velut in mari lento tranquillitas iners detinet; quidquid illis inciderit, novum veniet. Magis urgent saeva inexpertos, grave est tenerae cervici iugum.

*

Hos itaque deus, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet; eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis servat. Erratis enim, si quem iudicatis exceptum: veniet et ad illum diu felicem sua portio; quisquis videtur dimissus esse, dilatus est.

*

Quare deus optimum quemque aut mala valetudine aut luctu aut aliis incommodis afficit? Quia in castris quoque periculosa fortissimis imperantur.

4 • 10–11

Cum omnia quae excesserunt modum noceant, periculosissima felicitatis intemperantia est; movet cerebrum, in vanas mentes imagines evocat, multum inter falsum ac verum mediae caliginis fundit. Quidni satius sit perpetuam infelicitatem advocata virtute sustinere quam infinitis atque immodicis bonis rumpi? Lenior ieiunio mors est, cruditate dissiliunt. Hanc itaque rationem dii sequuntur in bonis viris quam in discipulis suis praeceptores, qui plus laboris ab is exigunt, in quibus certior spes est.

4 • 12

Quid mirum, si dure generosos spiritus deus temptat? Numquam virtutis molle documentum est.

*

Praebendi fortunae sumus, ut contra illam ab ipsa duremur: paulatim nos sibi pares faciet, contemptum periculorum assiduitas periclitandi dabit.

4 • 15

Nihil miserum est quod in naturam consuetudo perduxit. Paulatim enim voluptati sunt quae necessitate coeperunt.

4 • 15–16

Quid miraris bonos viros, ut confirmentur, concuti? Non est arbor solida nec fortis nisi in quam frequens ventus incursat: ipsa enim vexatione constringitur et radices certius figit; fragiles sum quae in aprica valle creverunt. Pro ipsis ergo bonis viris est, ut esse interriti possint, multum inter formidolosa versari et aequo animo ferre quae non sunt mala, nisi male sustinenti.

5 • 1

Hoc est propositum deo quod sapienti viro, ostendere haec quae vulgus appetit, quae reformidat, nec bona esse, nec mala; apparebit autem bona esse, si illa non nisi bonis viris tribuerit, et mala esse, si tantum malis irrogaverit.

5 • 2

Nulla modo magis potest deus concupita traducere, quam si illa ad turpissimos defert, ab optimis abigit.

5 • 7

Fata nos ducunt et quantum cuique temporis restat prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, privata ac publica longus ordo rerum trahit: ideo fortiter omne patiendum est, quia non, ut putamus, incidunt cuncta sed veniunt. Olim constitutum est quid gaudeas, quid fleas, et quamvis magna videatur varietate singulorum vita distingui, summa in unum venit: accipimus peritura perituri.

5 • 8

Grande solacium est cum universo rapi; quidquid est quod nos sic vivere, sic mori iussit, eadem necessitate et deos alligat.

5 • 8–9

Ille ipse omnium conditor et rector scripsit quidem fata, sed sequitur, semper paret, semel iussit. Quare tamen deus tam iniquus in distributione fati fuit, ut bonis viris paupertatem et vulnera et acerba funera ascriberet? Non potest artifex mutare materiam: hoc passa est. Quaedam separari a quibusdam non possunt, cohaerent, individua sunt.

5 • 10

Ignis aurum probat, miseria fortes viros.

O Opatrzności

1 • 5

...Jedyną różnicę między dobrym człowiekiem a Bogiem stanowi czas. Człowiek dobry jest uczniem Boga i jego naśladowcą, i prawdziwym synem, którego ów wspaniały rodzic, nieustępliwie wymagający dzielności, wychowuje w twardej dyscyplinie, podobnie jak surowi ojcowie.

2 • 1

Dobrego człowieka nie może spotkać nic złego: przeciwności nie chodzą ze sobą w parze.

2 • 4

Słabnie męstwo bez przeciwnika. Swoją wielkość i siłę wtedy objawia, kiedy wytrwaniem okazuje, do czego jest zdolne.

2 • 6

Nieprzerwane powodzenie nie wytrzyma żadnego ciosu. Lecz kto nieustannie zмага się ze swoją niedolą, ten cierpieniom zawdzięcza hart, i nie ustąpi przed żadnym złem, a nawet jeśli upadnie, będzie walczył jeszcze na klęczkach.

2 • 12

Ten przez śmierć staje się bogom podobny, czyj zgon nawet ci podziwiają, którzy się boją śmierci.

4 • 1

Nawet ludzie pospolici i mierni osiągają sukcesy; lecz tylko wielki człowiek zdolny jest odnieść triumf nad grozą i nieszczęściami, jakie spadają na śmiertelników. Być zawsze szczęśliwym i przejść przez życie bez zgryzoty serca – to nie znać drugiej strony porządku świata.

4 • 3

Uważam cię za nieszczęśliwego, bo nigdy nie byłeś nieszczęśliwy. Przeszedłeś przez życie bez walki. Nikt się nie dowie, ani nawet ty sam, co potrafisz. Aby poznać samego siebie, trzeba się wystawiać na próby. Tylko tak może przekonać się każdy, na co go stać.

4 • 4

Prawdziwe męstwo chciwe jest niebezpieczeństwa, i myśli o tym, dokąd zmierza, a nie co przecierpi, bo także cierpienie będzie częścią sławy.

4 • 5

Bóg, powiadam, wspiera tych, którzy według jego pragnienia mają osiągnąć najwyższą cnotę, ilekroć dostarcza im okazji do jakiegoś śmiałego i dzielnego czynu. Wymaga to jednak zmierzenia się z jakąś rzeczywistą trudnością: sternika ocenisz w czasie burzy, żołnierza – w boju.

4 • 6–8

Zaklinam was, nie lękajcie się ciężkich doświadczeń, którymi bogowie nieśmiertelni dodają niejako bodźca ludzkim duszom. Nieszczęście jest okazją do wykazania męstwa. Słusznie mógłby ktoś nazwać nieszczęśliwymi tych, którzy gnuśnieją w nadmiernym dobrobycie, tych, których jakby na spokojnym morzu więzi w bezruchu martwa cisza. Cokolwiek im się zdarzy, będzie dla nich zaskoczeniem. Srogi los bardziej się daje we znaki ludziom nie zahartowanym, a jarzmo uciążliwe jest dla miękkiego karku.

*

Tak więc Bóg hartuje, bada, ćwiczy tych, których poddaje próbom, których kocha. Tych zaś, których, jak się wydaje, oszczędza i którym pobłaża, tych zostawia bezsilnymi wobec przyszłych nieszczęść. Mylicie się bowiem, jeśli sądzicie, że ktoś może tu być wyjątkiem: również na tego, kto był długo szczęśliwy, przyjdzie kolej. Ktokolwiek zdaje się być od tego zwolniony, otrzymał tylko odroczenie.

*

Dlaczego Bóg na najlepszych zsyła chorobę albo smutek, albo inne dolegliwości? Bo przecież i na wojnie niebezpieczne rozkazy otrzymują najdzielniejsi.

4 • 10–11

Jakkolwiek wszystko, co przekracza miarę, przynosi szkodę, to jednak najbardziej niebezpieczne jest nieumiarkowane szczęście. Rozstraja ono mózg, wywołuje urojenia w próżnym umyśle, okrywa gęstym tumanem mgły przedział między prawdą a kłamstwem. Czyż nie lepiej jest z pomocą męstwa znosić ciągle nieszczęścia, niż dać się złamać przez nieskończone i bezmierne powodzenie? Łagodniejsza jest śmierć z głodu, skoro niestrawność rozsadza. Bogowie kierują się więc wobec ludzi prawych taką regułą jak wychowawcy wobec swoich uczniów: wymagają większej pracy od tych, w których większa nadzieja.

4 • 12

Cóż dziwnego, że Bóg twardo doświadcza szlachetne dusze? Miętkość nie jest nigdy sprawdzianem cnoty.

*

Powinniśmy się nadstawiać na uderzenia Losu, aby się zahartować na nie dzięki niemu: powoli sprostamy mu, ustawiczne wystawianie się na cios zrodzi w nas pogardę dla niebezpieczeństw.

4 • 15

Nie ma żadnego nieszczęścia w tym, co przyzwyczajenie uczyniło naturą. Stopniowo bowiem staje się przyjemnością to, co wynikało z konieczności.

4 • 15–16

Dlaczego się dziwisz, że dobrzy ludzie poddawani są wstrząsom dla umocnienia? Mocne i

krzepkie jest tylko takie drzewo, w które często uderza wichura: właśnie od uderzeń wichury zwiera się w sobie i mocniej zapuszcza korzenie. Kruche jest, które wyrosło w słonecznej dolinie. A więc i ludzie szlachetni, dla swej własnej korzyści, aby mogli stać się nieustraszeni, powinni często obracać się wśród niebezpieczeństw i obojętnie znosić zdarzenia, które są złem jedynie dla tego, kto źle je znosi.

5 • 1

Bóg, podobnie jak i mędrzec, zmierza do wykazania, że to, czego pożąda i czego się boi pospólstwo, nie jest ni dobre, ni złe. Okazuje się, że dobre jest, czym Bóg obdarza jedynie dobrych ludzi, a złe, co zsyła tylko złym.

5 • 2

Bóg w żaden sposób nie może bardziej skompromitować rzeczy, których pożądamy, niż udzielając ich ludziom podłym, a odbierając szlachetnym.

5 • 7

Przeznaczenie nami włada, i już w pierwszej godzinie po urodzeniu każdemu przydzielona jest jego porcja czasu. Przyczyny wzajemnie się zazębiają, a to co osobiste i ogólne łączy się z długim łańcuchem rzeczy: dlatego należy wszystko znosić mężnie, gdyż wbrew naszemu mniemaniu nic nie zdarza się przypadkowo, lecz nieuchronnie przychodzi. Dawno już zostało ustalone, czym się będziesz cieszył, czym smucił, i chociaż wydaje się, że życie poszczególnych ludzi bardzo się różni od siebie, sprowadza się wszystko do jednego: skazani na zgubę dostajemy to co skazane na zgubę.

5 • 8

Jest wielką pociechą, że unosi nas ta sama siła, co i kosmos. Czymkolwiek jest to, co każe nam tak żyć i tak umierać, również i bogów pęta tą samą koniecznością.

5 • 8–9

Wprawdzie ów potężny stwórca i władca wszechrzeczy sam ułożył wyroki Przeznaczenia, lecz zawsze ich przestrzega i jest posłuszny temu, co raz postanowił. Dlaczego jednak Bóg był tak niesprawiedliwy w przysądzaniu losu, że dobrym ludziom przypisał nędzę, rany i okrutną śmierć? Nie może twórca zmienić tworzywa: tylko tak dało się ono ukształtować. Pewne rzeczy są nieodłączne od innych, trzymają się razem, są nierozdzielne.

5 • 10

Próba złota jest ogień, nieszczęście – dzielnych ludzi.

De constantia sapientis

3 • 3

Nihil in rerum natura tam sacrum est, quod sacrilegum non inveniatur, sed non ideo divina minus in sublimi sunt, si existunt qui magnitudinem multum ultra se positam non tacturi appetant; invulnerabile est non quod non feritur, sed quod non laeditur.

3 • 4

Numquid dubium est, quin certius robur sit quod non vincitur quam quod non lacessitur? Cum dubiae sint vires inexpertae, at merito certissima firmitas habeatur, quae omnis incursus respuit? Sic tu sapientem melioris scito esse naturae, si nulla illi iniuria nocet, quam si nulla fit.

4 • 2

Ut caelestia humanas manus effugiunt et ab his qui templa diruunt ac simulacra conflant nihil divinitati nocetur, ita quidquid fit in sapientem proterve, petulanter, superbe, frustra temptatur.

5 • 3–5

Iniuria propositum hoc habet aliquem malo afficere; malo autem sapientia non relinquit locum – unum enim illi malum est turpitudine, quae intrare eo ubi iam virtus honestumque est non potest –: ergo, si iniuria sine malo nulla est, malum nisi turpe nullum est, turpe autem ad honestis occupatum pervenire non potest, iniuria ad sapientem non pervenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria deminutio eius est in quem incurrit, nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo detrimento vel dignitatis vel corporis vel rerum extra nos positarum. Sapiens autem nihil perdere potest; omnia in se reposuit, nihil fortunae credit, bona sua in solido habet contentus virtute, quae fortuitis non indiget ideoque nec augeri nec minui potest – nam et in summum perducta incrementi non habent locum et nihil eripit fortuna nisi quod dedit; virtutem autem non dat, ideo nec detrahit – libera est, inviolabilis, immota, inconcussa, sic contra casus indurat, ut ne inclinari quidem, nedum vinci possit; adversus apparatus terribilium rectos oculos tenet, nihil ex vultu mutat, sive illi dura sive secunda ostentantur. Itaque nihil perdet quod perire sensurus sit; unius enim in possessione virtutis est, ex qua depelli numquam potest, ceteris precario utitur: quis autem iactura movetur alieni? Quodsi iniuria nihil laedere potest ex his quae propria sapientis sunt, quia virtute salva sua salva sunt, iniuria sapienti non potest fieri.

7 • 2

Quodsi laedi nisi infirmior non potest, malus autem bono infirmior est, nec iniuria bonis nisi a dispari verenda est: iniuria in sapientem virum non cadit.

7 • 4

Omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum culpae satis est, perfecta sunt.

8 • 1–2

...Iustitia nihil iniustum pati potest, quia non coeunt contraria; iniuria autem non potest fieri nisi iniuste: ergo sapienti iniuria non potest fieri. Nec est quod mireris, si nemo illi potest iniuriam facere: ne prodesse quidem quisquam potest. Et sapienti nihil deest quod accipere possit loco muneris, et malus nihil potest dignum tribuere sapiente; habere enim prius debet quam dare, nihil autem habet quod ad se transferri sapiens gavisurus sit. Non potest ergo quisquam aut nocere sapienti aut prodesse, quoniam divina nec iuvare desiderant nec laedi possunt, sapiens autem vicinus proximusque dis consistit, excepta mortalitate similis deo.

9 • 3–4

...Iniuriam nemo immota mente accipit, sed ad sensum eius perturbatur, caret autem perturbatione vir ereptus erroribus, moderator sui, altae quietis et placidae. Nam si tangit illum iniuria, et movet et impellit, caret autem ira sapiens, quam excitat iniuriae species, nec aliter careret ira nisi et iniuria, quam scit sibi non posse fieri. Inde tam erectus laetusque est, inde continuo gaudio elatus; adeo autem ad offensiones rerum hominumque non contrahitur, ut ipsa illi iniuria usui sit, per quam experimentum sui capit et virtutem temptat.

11 • 2

Nemo autem maiorem melioremque contemnit, etiam si facit aliquid, quod contemnentes solent.

14 • 1

Tanta quosdam dementia tenet, ubi sibi contumeliam fieri putent posse a muliere. Quid refert quam habeant, quot lecticarios habentem, quam oneratas aures, quam laxam sellam? Aequae imprudens animal est et, nisi scientia accessit ac multa eruditio, ferum, cupiditatum incontinens.

15 • 3

Qui dicit illud tolerabile sapienti, illud intolerabile, et animi magnitudinem intra certos fines tenet, male agit: vincit nos fortuna, nisi tota vincitur.

16 • 5

Iocis temperatis delectamur, immodicis irascimur.

17 • 2

Itaque materia petulantibus et per contumeliam urbanis detrahitur, si ultro illam et prior occupes; nemo risum praebuit qui ex se cepit.

19 • 1

Non est in rixam colluctationemque veniendum. Procul auferendi pedes sunt et quidquid horum ab imprudentibus fiet (fieri autem nisi ab imprudentibus non potest) neglegendum et honores iniuriaequae vulgi in promiscuo habendae. Nec his dolendum nec illis gaudendum...

19 • 2

Quis enim est, qui non possit contumeliam facere, si quisquam potest?

19 • 3

Omnia leviora accident expectantibus. Quo quisque honestior genere, fama, patrimonio est, hoc se fortius gerat, memor in prima acie altos ordines stare. Contumelias et verba probrosa et ignominias et cetera dehonestamenta velut clamorem hostium ferat et longinqua tela et saxa sine vulnere circa galeas crepitantia; iniurias vero ut vulnera, alia armis, alia pectori infixas, non deiectus, ne motus quidem gradu sustineat.

*

Assignatum a natura locum tuere. Quaeris quis hic sit locus? Viri.

O niezłomności mędrca

3 • 3

Nie ma na świecie niczego tak świętego, żeby nie było narażone na świętokradztwo, lecz rzeczy boskie nie są mniej wzniosłe przez to, że istnieją ludzie, którzy godzą w wielkość, nie mogąc jej jednak naruszyć, gdyż znajduje się ona daleko poza ich zasięgiem. Nie to jest nie-naruszalne, w co nikt nie godzi, lecz to, co nie podlega uszkodzeniu.

3 • 4

Czyż można wątpić, że pewniejsza jest taka potęga, której nie pokonano, niż taka, której nie zaatakowano? Jeśli nie wypróbowane siły są niepewne, to moc, która odpiera wszelkie napaści, uważana jest słusznie za najbardziej niepodważalną. A więc musisz wiedzieć, że lepsze cechy wykazuje taki mędrzec, któremu żadna niesprawiedliwość nie wyrządza szkody, niż taki, którego nie spotyka żadna niesprawiedliwość.

4 • 2

Podobnie jak moce niebieskie wymykają się władzy ludzkiej, a świętość bóstw nie doznaje żadnej szkody od tych, co burzą świątynie i przetapiają posągi, tak wszelkie bezczelne, zuchwale i tyrańskie usiłowania przeciwko mędrce są daremne.

5 • 3–5

Krzywda ma na celu wyrządzić komuś zło; mądrość natomiast nie pozostawia miejsca na zło, jedynym bowiem złem dla niej jest hańba, która nie może wkroczyć tam, gdzie przebywa już cnota i uczciwość. Jeśli więc nie istnieje żadna krzywda bez zła i żadne zło bez hańby, a hańba nie może osiągnąć miejsca zajętego już przez uczciwość, w takim razie krzywda nie dosięga mędrca. Bo jeśli krzywda jest doświadczeniem jakiegoś zła, a mędrzec nie doświadcza żadnego zła, żadna krzywda nie dotyka mędrca. Wszelka krzywda przynosi uszczerbek temu, kogo spotyka, i nikt nie może doznać krzywdy bez jakiejś straty czy to moralnej, czy to cielesnej, czy też w rzeczach zewnętrznych w stosunku do nas. Mędrzec natomiast nie może niczego stracić. Wszystko ulokował w sobie, niczego nie zawiera Losowi, dobra swe opiera na trwałych podstawach, zadowala się cnotą, która nie potrzebuje darów Losu, i dlatego nie może się ani powiększać, ani zmniejszać. To bowiem, co osiągnęło już swoją pełnię, nie posiada możliwości dalszego wzrostu, a Los nie wyrwa niczego innego, niż dał. Cnoty zaś nie daje i dlatego jej nie odbiera. Jest ona wolna, nietykalna, niewzruszona, niezachwiana, tak zahartowana na ciosy, że nie da się nawet ugiąć, a cóż dopiero pokonać! Wobec narzędzi tortur nie odwraca wzroku, nie zmienia zupełnie wyrazu twarzy, gdy widzi przed sobą ciężkie próby czy szczęście. Dlatego mędrzec nie straci niczego, co miałby odczuwać jako stratę. Posiada jedynie cnotę, której nie pozwoli sobie zrabować, wszystkim innym posługuje się jako pożyczką: a któż by się wzruszał stratą tego, co nie jest jego własnością? Jeśli więc krzywda nie może dotknąć niczego, co należy do mędrca, bo nie tknięta jest jego własność, gdy nie tknięta cnota – mędrca nie może spotkać żadna krzywda.

7 • 2

Jeśli więc można skrzywdzić tylko słabszego, a zły człowiek jest słabszy od dobrego, w takim razie dobry nie powinien obawiać się krzywdy, chyba tylko od kogoś, kto jest mu równy. A więc mędrca nie może spotkać krzywda.

7 • 4

Wszelkie zbrodnie zostają spełnione już nawet przed dokonaniem samego czynu, jeśli jest dostatecznie zbrodnicza intencja.

8 • 1–2

Sprawiedliwość nie może doznawać żadnej niesprawiedliwości, ponieważ przeciwieństwa nie łączą się ze sobą. Krzywdy zaś nie można wyrządzić inaczej jak tylko w sposób niesprawiedliwy: a więc mędrca nie może spotkać żadna krzywda. I nie ma się czemu dziwić, że nikt nie może go skrzywdzić: bo nikt też nie może mu oddać przysługi. Z jednej strony mędrcomu nie brakuje niczego, co mógłby przyjąć jako dar, z drugiej strony zły człowiek nie może dać nic godnego mędrca. Trzeba najpierw mieć, żeby dać, niczego zaś nie ma, co by sprawiło mędrcomu radość, gdyby to otrzymał. Nikt nie może więc ani zaszkodzić, ani pomóc mędrcomu, ponieważ istoty boskie ani nie potrzebują pomocy, ani nie można ich skrzywdzić, a mędrzec przebywa w bliskim sąsiedztwie bogów i podobny jest Bogu z wyjątkiem nieśmiertelności.

9 • 3–4

...Nikt nie przyjmuje krzywdy z niewzruszonym spokojem umysłu, lecz po doznaniu jej ogarnia go wzburzenie. Natomiast człowiek wolny od błędów, sam stanowiący o sobie, pełen głębokiego i łagodnego spokoju, nie ulega takiemu wzburzeniu. Jeśli bowiem kogoś tam dosięga krzywda, porusza go ona i podżega. Lecz mędrzec nie odczuwa gniewu, który się rozpała na widok krzywdy, inaczej nie byłby wolny od gniewu, gdyby nie był wolny od krzywdy, o której wie, że nie może go spotkać. Dlatego jest taki mocny i pogodny, dlatego wciąż unosi go radość. I jest tak bardzo odporny na ciosy od ludzi i zdarzeń, że przynosi mu korzyść nawet krzywda, dzięki której doświadcza siebie i bada swoje męstwo.

11 • 2

Nikt nie gardzi człowiekiem większym i lepszym, nawet jeśli robi coś takiego, jak ludzie skłonni do okazywania pogardy.

14 • 1

Niektórzy są aż tak głupi, iż myślą, że może ich znieważyć kobieta. Co za różnica, o jaką kobietę idzie, ilu ma tragarzy lektyka, ilu kolczykami obciąża uszy, w jak obszernym fotelu spoczywa? Jeśli nie zdobędzie wiedzy i starannego wykształcenia, jest to bezmyślne i dzikie zwierzę, niezdolne powściągnąć namiętności.

15 • 3

Źle czyni, kto mówi, że dla mędrca znośne jest to, a tamto nieznośne, kto narzuca wielkości jego ducha pewne ciasne granice: jeśli my całowicie nie pokonamy Losu, on nas pokona.

16 • 5

Powściągliwe dowcipy bawią nas, rozpasane – gniewają.

17 • 2

Arogantom i bezczelnym dowcipnisiom odbiera się temat do kpinek, jeśli się go dobrowolnie i pierwszej podejmie. Nikt się nie narazi na cudzy śmiech, kto sam zaczął od siebie.

19 • 1

Nie wolno wdawać się w sprzeczki i awantury. Trzeba wziąć nogi za pas i zlekceważyć wszelkie obelgi od ludzi bezmyślnych (a mogą przyjść tylko od bezmyślnych) i jednakowo oceniać zaszczyty i krzywdy ze strony motłochu. Pierwsze nie powinny nas radować, drugie – martwić...

19 • 2

Kto by to był, żeby nas nie mógł znieważyć, jeśli ktoś w ogóle może?

19 • 3

Wszystko łatwiej znieść, czego się oczekuje. Im kto znaczniejszy rodem, sławą, majątkiem, tym dzielniej powinien się sprawować, pamiętając, że najlepsze oddziały stoją na pierwszej linii. Niechaj znosi zniewagi, obraźliwe słowa, zniesławianie i wszelkie inne poniżenia, tak, jak krzyki wrogów, jak daleko padające pociski i kamienie, które świszczą koło hełmów nie raniąc nikogo. Natomiast krzywdy, jak strzały, co utkwiliły jedno w zbroi, inne w piersi, niech znosi niewyparty i nieporuszony z placówki.

*

Broń posterunku, który ci wyznaczyła Natura! Jaki to posterunek? – pytasz. Prawdziwego człowieka.

De ira

13 • 4

Sed dicendum est feras ira carere et omnia animalia praeter hominem; nam cum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi ubi rationi locus est. Impetus habent ferae, rabiem, feritatem, incursum; iram quidem non magis quam luxuriam, et in quasdam voluptates intemperantiores homine sunt.

15 • 2

Homo in adiutorium mutuum genitus est, ira in exitium; hic congregari vult, illa discedere, hic prodesse, illa nocere, hic etiam ignotis succurrere, illa etiam carissimos petere; hic aliorum commodis vel impendere se paratus est, illa in periculum, dummodo deducat, descendere.

15 • 3

Beneficiis enim humana vita constat et concordia, nec terrore sed mutuo amore in foedus auxiliumque commune constringitur.

18 • 1

Optimum est primum irritamentum irae protinus spernere ipsisque repugnare seminibus et dare operam, ne incidamus in iram. Nam si coepit ferre transversos, difficilis ad salutem recursus est, quoniam nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est iusque illi aliquod voluntate nostra datum est: faciet de cetero, quantum volet, non quantum permiseris.

19 • 4

Hic erit utilis miles qui scit parere consilio; affectus quidem tam mali ministri quam duces sunt.

I 11 • 2

Quae [sc. ira], ut aliquando propulit stravitque obvia, ita saepius sibi exitio est.

I 11 • 8

Non est itaque utilis ne in proeliis quidem aut bellis ira; in temeritatem enim prona est et pericula, dum inferre vult, non cavet. Illa certissima est virtus quae se diu multumque circumspexit et rexit et ex lento ac destinato provexit.

I 12 • 3

Fere enim iustum quisque affectum iudicat quem agnoscit.

I 12 • 5–6

Nullus enim affectus vindicandi cupidior est quam ira et ob id ipsum ad vindicandum inhabilis: praerapida et amens, ut omnis fere cupiditas, ipsa sibi in id in quod properat opponitur. Itaque nec in pace nec in bello umquam bono fuit; pacem enim similem belli efficit, in armis

vero obliviscitur Martem esse communem venitque in alienam potestatem, dum in sua non est. Deinde non ideo vitia in usum recipienda sunt, quia aliquando aliquid effecerunt; nam et febres quaedam genera valetudinis levant, nec ideo non ex toto illis caruisse melius est: abominandum remedii genus est sanitatem debere morbo. Simili modo ira, etiam si aliquando ut venenum et praecipitatio et naufragium ex inopinato profuit, non ideo salutaris iudicanda est; saepe enim saluti fuere pestifera.

I 14 • 3

Nemo, inquam, invenietur qui se possit absolvere, et innocentem quisque se dicit respiciens testem, non conscientiam. Quanto humanius mitem et patrium animum praestare peccantibus et illos non persequi, sed revocare! Errantem per agros ignorantia viae melius est ad rectum iter admovere quam expellere.

I 15 • 3

Nil minus quam irasci punientem decet, cum eo magis ad emendationem poena proficiat, si iudicio lata est.

I 16 • 1

Ergo ad coercitionem errantium sceleratorumque irato castigatore non opus est; nam cum ira delictum animi sit, non oportet peccata corrigere peccantem.

I 17 • 2

Nil aliis instrumentis opus est, satis nos instruxit ratione natura. Hoc dedit telum firmum, perpetuum, obsequens, nec anceps nec quod in dominum remitti posset. Non ad providendum tantum, sed ad res gerendas satis est per se ipsa ratio...

I 17 • 5

Affectus cito cadit, aequalis est ratio.

I 20 • 2

Omnes, quos vecors animus supra cogitationes extollit humanas, altum quiddam et sublime spirare se credunt. Ceterum nil solidi subest, sed in ruinam prona sunt quae sine fundamentis crevere. Non habet ira cui insistat.

I 20 • 6

...Magnitudinem animi inconcussam intellego et introrsus solidam et ab imo parem firmamque, qualis inesse malis ingeniis non potest. Terribilia enim esse et tumultuosa et exitiosa possunt: magnitudinem quidem, cuius firmamentum roburque bonitas est, non habebunt.

I 6 • 2

Nec umquam committet virtus, ut vitia, dum compescit, imitetur; iram ipsam castigandam habet, quae nihilo melior est, saepe etiam peior is delictis quibus irascitur. Gaudere laetarique proprium et naturale virtutis est; irasci non est ex dignitate eius, non magis quam maerere:

atqui iracundiae tristitia comes est et in hanc omnis ira vel post paenitentiam vel post repulsam revolvitur.

II 10 • 1

Inter cetera mortalitatis incommoda et hoc est, caligo mentium, nec tantum necessitas errandi sed errorum amor.

II 10 • 3

Hac condicione nati sumus, animalia obnoxia non paucioribus animi quam corporis morbis, non quidem obtusa nec tarda, sed acumine nostro male utentia, alter alteri vitiorum exempla...

II 10 • 6–7

...Nemo autem naturae sanus irascitur. Quid enim, si mirari velit non in silvestribus dumis poma pendere? Quid, si miretur spineta sentesque non utili aliqua fruge compleri? Nemo irascitur, ubi vitium natura defendit. Placidus itaque sapiens et aequus erroribus, non hostis sed corrector peccantium...

II 10 • 8

Lento adiutorio opus est contra mala continua et fecunda, non ut desinant, sed ne vincant.

II 11 • 1

...Periculosius est autem timeri quam despici. Si vero [ira] sine viribus est, magis exposita contemptui est et derisum non effugit: quid enim est iracundia in supervacuum tumultuante frigidius?

II 11 • 4

Ita natura constituit, ut quidquid alieno metu magnum est, a suo non vacet.

*

Quidquid terret et trepidat. Non est ergo quare concupiscat quisquam sapiens timeri, nec ideo iram magnum quiddam putet, quia formidini est, quoniam quidem etiam contemptissima timentur ut venena et ossa pestifera et morsus.

II 12 • 3

Atqui nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat et in familiaritatem perducatur assidua meditatio, nullique sunt tam feri et sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcumque sibi imperavit animus, obtinuit...

II 14 • 1

Numquam itaque iracundia admittenda est, aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt, sicut tarde consurgentis ad cursum equos stimulis facibusque subditis

excitamus. Aliquando incutiendus est iis metus apud quos ratio non proficit: irasci quidem non magis utile est quam maerere, quam metuere.

II 15 • 4

Nemo autem regere potest nisi qui et regi.

II 17 • 2

Nec latronem oportet esse nec praedam, nec misericordem nec crudelem: illius nimis mollis animus, huius nimis durus est; temperatus sit sapiens et ad res fortius agendas non iram sed vim adhibeat.

II 18 • 2

Educatio maximam diligentiam plurimumque profuturum desiderat; facile est enim teneros adhuc animos componere, difficulter reciduntur vitia quae nobiscum creverunt.

II 22 • 2–4

Ne apertis quidem manifestisque statim accedendum; quaedam enim falsa veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus: veritatem dies aperit. Ne sint aures criminantibus faciles: hoc humanae naturae vitium suspectum notumque nobis sit, quod, quae inviti audimus, libenter credimus et, antequam iudicemus, irascimur. Quid, quod non criminationibus tantum, sed suspicionibus impellimur et ex vultu risuque alieno peiora interpretati innocentibus irascimur? Itaque agenda est contra se causa absentis et in suspenso ira retinenda; potest enim poena dilata exigi, non potest exacta revocari.

II 24 • 1

Plurimum mali credulitas facit. Saepe ne audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus satius est decipi quam diffidere.

II 24 • 2

Nihil nisi quod in oculos incurret manifestumque erit credamus, et quotiens suspicio nostra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem; haec enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi.

II 25 • 3

Ubi animum simul et corpus voluptates corrumpere, nihil tolerabile videtur, non quia dura, sed quia mollis patitur.

II 25 • 4

Nulla itaque res magis iracundiam alit quam luxuria intemperans et impatiens: dure tractandus animus est, ut ictum non sentiat nisi gravem.

II 27 • 1–2

Quaedam sunt quae nocere non possunt nullamque vim nisi beneficam et salutarem habent, ut di immortales, qui nec volunt obesse, nec possunt; natura enim illis mitis et placida est, tam

longe remota ab aliena iniuria quam a sua. Dementes itaque et ignari veritatis illis imputant saevitiam maris, immodicos imbres, pertinaciam hiemis, cum interim nihil horum quae nobis nocent prosuntque ad nos proprie derigatur. Non enim nos causa mundo sumus hiemem aestatemque referendi: suas ista leges habent, quibus divina exercentur. Nimis nos suspicimus, si digni nobis videmur propter quos tanta moveantur. Nihil ergo horum in nostram iniuriam fit, immo contra nihil non ad salutem.

II 28 • 1

Si volumus aequi rerum omnium iudices esse, hoc primum nobis persuadeamus, neminem nostrum esse sine culpa...

II 28 • 2–4

Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocentem? Ut hoc ita sit, quam angusta innocentia est ad legem bonum esse! Quanto latius officiorum patet quam iuris regula! Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt! Sed ne ad illam quidem artissimam innocentiae formulam praestare nos possumus: alia fecimus, alia cogitavimus, alia optavimus, aliis favimus; in quibusdam innocentes sumus, quia non successit. Hoc cogitantes aequiores simus delinquentibus, credamus obiurgantibus; utique bonis ne irascamur (cui enim non, si bonis quoque?), minime diis; non enim illorum vi, sed lege mortalitatis patimur quidquid incommodi accidit.

*

Dicetur aliquis male de te locutus: cogita an prior feceris, cogita de quam multis loquaris.

II 28 • 5–7

Cogitemus, inquam, alios non facere iniuriam sed reponere, alios pro nobis facere, alios coactos facere, alios ignorantes, etiam eos, qui volentes scientesque faciunt, ex iniuria nostra non ipsam iniuriam petere: aut dulcedine urbanitatis prolapsus est, aut fecit aliquid, non ut nobis obsesset, sed quia consequi ipse non poterat, nisi nos repulisset; saepe adlatio, dum blanditur, offendit. Quisquis ad se rettulerit, quotiens ipse in suspicionem falsam inciderit, quam multis officiis suis fortuna speciem iniuriae induerit, quam multos post odium amare coeperit, poterit non statim irasci, utique si sibi tacitus ad singula, quibus offenditur dixerit: „hoc et ipse commisi”. Sed ubi tam aequum iudicem invenies? Is qui nullius non uxorem concupiscit et satis iustas causas putat amandi, quod aliena est, idem uxorem suam aspici non vult. Et fidei acerrimus exactor est perfidus, et mendacia persequitur ipse periurus, et litem sibi inferri aegerrime calumniator patitur...

II 28 • 8

Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt...

II 29 • 1

Maximum remedium irae mora est.

II 29 • 2

De iis, quae narrata sunt, non debemus cito credere: multi mentiuntur, ut decipiant, multi, quia decepti sunt...

II 29 • 4

Qui dicere tibi nisi clam non vult, paene non dicit...

II 30 • 1

Iussus est: necessitati quis nisi iniquus suscenset? Laesus est; non est iniuria pati quod prior feceris.

II 31 • 1–2

Iniqua quaedam iudicant homines, quia pati non debuerint, quaedam, quia non speraverint: indigna putamus quae inopinata sunt; itaque maxime commovent, quae contra spem expectationemque evenerunt, nec aliud est quare in domesticis minima offendant, in amicis iniuriam vocemus neglegentiam.

II 31 • 3

Inviolatos nos etiam inimicis iudicamus esse debere, regis quisque intra se animum habet, ut licentiam sibi dari velit, in se nolit.

II 31 • 5

Cum de unius moribus iudicabis, de publicis cogita. Ubi maxime gaudebis, maxime metues. Ubi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt sed quiescunt. Semper futurum aliquid quod te offendat existima.

II 31 • 7

Nefas est nocere patriae: ergo civi quoque, nam hic pars patriae est – sanctae partes sunt, si universum venerabile est –, ergo et homini, nam hic in maiore tibi urbe civis est. Quid si nocere velint manus pedibus, manibus oculi? Ut omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius interest, ita homines singulis parcent, quia ad coetum geniti sunt, salva autem esse societas nisi custodia et amore partium non potest.

II 31 • 8

...Si puniendus est cuicumque pravum maleficiumque ingenium est, poena neminem excipiet.

II 32 • 1

Non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita iniurias iniuriis. Illic vinci turpe est, hic vincere. Inhumanum verbum est et quidem pro iusto receptum „talis”.

II 32 • 3

Magni animi est iniurias despiciere; ultionis contumeliosissimum genus est non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio. Multi leves iniurias altius sibi demisere, dum vindicant: ille magnus et nobilis, qui more magnae ferae latratus minorum canum securus exaudit.

II 33 • 1

Si tamquam ad remedium venimus, sine ira veniamus, non quasi dulce sit vindicari, sed quasi utile; saepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci. Potentiorum iniuriae hilari vultu, non patienter tantum ferendae sunt: facient iterum, si se fecisse crediderint. Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes: quos laeserunt et oderunt.

II 34 • 1

Cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum. Pusilli hominis et miseri est repetere mordentem...

II 34 • 4

Cogitemus, quotiens ad ignoscendum difficiles erimus, an expediat nobis omnes inexorabiles esse: quam saepe veniam qui negavit petit! Quam saepe eius pedibus advolutus est, quem a suis reppulit! Quid est gloriosius quam iram amicitia mutare?

II 34 • 5

Cadit statim simultas ab altera parte deserta; nisi paria non pugnant. Sed utrimque certabit ira, concurratur: ille est melior qui prior pedem rettulit, victus est qui vicit.

III 2 • 2–3

Numquam populus universus feminae amore flagravit, nec in pecuniam aut lucrum tota civitas spem suam misit; ambitio viritum singulos occupat: impotentia una est malum publicum. Saepe in iram uno agmine itum est: viri feminae, senes pueri, principes vulgusque consensere, et tota multitudo paucissimis verbis concitata ipsum concitatorem antecessit; ad arma protinus ignesque discursum est et indicta finitimis bella aut gesta cum civibus...

III 5 • 6–8

Praeterea ira, ut seponamus, quae mox secutura sunt, damna, insidias, perpetuam ex certaminibus mutuis sollicitudinem, dat poenas dum exigit; naturam hominis eiurat: illa in amorem hortatur, haec in odium; illa prodesse iubet, haec nocere. Adice quod, cum indignatio eius a nimio sui suspectu veniat et animosa videatur, pusilla est et angusta; nemo enim non eo, a quo se contemptum iudicat, minor est. At ille ingens animus et verus aestimator sui non vindicat iniuriam, quia non sentit. Ut tela a duro resiliunt et cum dolore caedentis solida feriuntur, ita nulla magnum animum iniuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit.

*

Ultio doloris confessio est; non est magnus animus, quem incurvat iniuria. Aut potentior te aut imbecillior laesit: si imbecillior, parce illi, si potentior, tibi.

III 6 • 1

Nullum est argumentum magnitudinis certius quam nihil posse quo instigeris accidere. Pars superior mundi et ordinatior ac propinqua sideribus nec in nubem cogitur nec in tempestatem impellitur nec versatur in turbinem: omni tumultu caret; inferiora fulminantur. Eodem modo sublimis animus, quietus semper et in statione tranquilla collocatus, omnia infra se premens, quibus ira contrahitur, modestus et venerabilis est et dispositus; quorum nihil invenies in irato.

III 6 • 3

Numquam tam feliciter in multa discurrenti negotia dies transit, ut non aut ex homine aut ex re offensa nascatur, quae animum in iras paret.

III 7 • 1–2

Negotia expedita et habilia sequuntur actorem, ingentia et supra mensuram gerentis nec dant se facile et, si occupata sunt, premunt atque abducunt administrantem tenerique iam visa cum ipso cadunt: ita fit, ut frequenter irrita sit eius voluntas, qui non quae facilia sunt aggreditur, sed vult facilia esse quae aggressus est. Quotiens aliquid conaberis, te simul et ea, quae paras quibusque pararis ipse, metire; faciet enim te asperum paenitentia operis infecti. Hoc interest, utrum quis fervidi sit ingenii an frigidi atque humilis: generoso repulsa iram exprimet, languido inertique tristitiam. Ergo actiones nostrae nec parvae sint nec audaces et improbae, in vicinum spes exeat, nihil conemur, quod mox adepti quoque successisse miremur.

III 8 • 1

Demus operam, ne accipiamus iniuriam, quia ferre nescimus. Cum placidissimo et facillimo et minime anxio morosoque vivendum est; sumuntur a conversantibus mores et ut quaedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit...

III 8 • 2–3

Nec tam valetudini profuit utilis regio et salubrius caelum quam animis parum firmis in turba meliore versari. Quae res quantum possit intelleges, si videris feras quoque convictu nostro mansuescere nullique etiam immani bestiae vim suam permanere, si hominis contubernium diu passa est: retunditur omnis asperitas paulatimque inter placida dediscitur. Accedit huc, quod non tantum exemplo melior fit qui cum quietis hominibus vivit, sed quod causas irascendi non invenit nec vitium suum exercet. Fugere itaque debet omnis quos irritaturos iracundiam sciet.

III 8 • 5

Elige simplices, faciles, moderatos, qui iram tuam nec evocent et ferant; magis adhuc proderunt summissi et humani et dulces, non tamen usque in adulationem, nam iracundos nimia assentatio offendit...

III 11 • 1

Non expedit omnia videre, omnia audire. Multae nos iniuriae transeant, ex quibus pleraque non accipit qui nescit.

III 11 • 3

Non quemadmodum facta sit iniuria refert, sed quemadmodum lata...

III 13 • 1–2

Pugna tecum ipse! Si vis vincere iram, non potest te illa. Incipis vincere, si absconditur, si illi exitus non datur. Signa eius obruamus et illam quantum fieri potest occultam secretamque teneamus. Cum magna id nostra molestia fiet, cupit enim exilire et incendere oculos et mutare faciem; sed si eminere illi extra nos licuit, supra nos est. In imo pectoris secessu recondatur feraturque, non ferat; immo in contrarium omnia eius indicia flectamus: vultus remittatur, vox lenior sit, gradus lentior; paulatim cum exterioribus interiora formantur.

III 15 • 3–4

Si aeger animus et suo vitio miser est, huic miserias finire secum licet. Dicam et illi, qui in regem incidit sagittis pectora amicorum petentem, et illi, cuius dominus liberorum visceribus patres saturat: „quid gemis, demens? Quid expectas, ut te aut hostis aliquis per exitium gentis tuae vindicet aut rex a longinquo potens advolet? Quocumque respexeris, ibi malorum finis est. Vides illum praecipitem locum? Illac ad libertatem descenditur. Vides illud mare, illud flumen, illum puteum? Libertas illic in imo sedet. Vides illam arborem brevem, retorridam, infelicem? Pendet inde libertas. Vides iugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? Effugia servitutis sunt. Nimis tibi operosos exitus monstro et multum animi ac roboris exigentes? Quaeris quod sit ad libertatem iter? Quaelibet in corpore tuo vena!”

III 25 • 3

Illud non veniet in dubium, quin se exemerit turbae et altius steterit quisquis despexit laequentis: proprium est magnitudinis verae non sentire percussum. Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit, sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui non irascitur, inconcussus iniuria perstitit, qui irascitur, motus est.

III 26 • 1

Quid interest, quo quisque vitio fiat imprudens? Imprudentia par in omnibus patrocinium est.

III 26 • 2

Maxima est enim factae iniuriae poena fecisse, nec quisquam gravius afficitur quam qui ad supplicium paenitentiae traditur.

III 26 • 4

Quidquid itaque in alio reprimetur, id unusquisque in sinu suo inveniet.

III 27 • 1

Quanto satius est sanare iniuriam quam ulcisci! Multum temporis ultio absumit, multis se iniuriis obicit, dum una dolet; diutius irascimur omnes quam laedimur. Quanto melius est abire in diversum nec vitia vitiis opponere!

III 28 • 6

At me hercules vir magnus ac iustus fortissimum quemque ex hostibus suis et pro libertate ac salute patriae pertinacissimum suspicit et talem sibi civem, talem militem contingere optat.

III 29 • 1

Turpe est odisse quem laudes; quanto vero turpius ob id aliquem odisse, propter quod misericordia dignus est...

III 31 • 1

Nulli ad aliena respicienti sua placent: inde diis quoque irascimur, quod aliquis nos antecedit, obliti quantum hominum retro sit, et paucis invidentem quantum sequatur a tergo ingentis invidiae. Tanta tamen importunitas hominum est, ut, quamvis multum acceperint, iniuriae loco sit plus accipere potuisse.

III 32 • 3

Ego vero nihil magis suaserim quam sumere ingentem animum et haec, propter quae litigamus, discurremus, anhelamus, videre quam humilia et abiecta sint, nulli qui altum quiddam aut magnificum cogitat respicienda.

III 33 • 4

Si totam mihi ex omnibus metallis, quae cum maxime deprimimus, pecuniam proferas, si in medium proicias quidquid thesauri tegunt, avaritia iterum sub terras referente, quae male egresserant: omnem istam congeriem non putem dignam quae frontem viri boni contrahat. Quanto risu prosequenda sunt quae nobis lacrimas educunt!

III 36 • 4

De cetero vide, non tantum an verum sit quod dicis, sed an ille cui dicitur veri patiens sit; admoneri bonus gaudet, pessimus quisque rectorem asperrime patitur.

III 41 • 1–2

Pacem demus animo, quam dabit praeceptorum salutarium assidua meditatio actusque rerum boni et intenta mens ad unius honesti cupiditatem. Conscientiae satis fiat, nil in famam laboremus: sequatur vel mala, dum bene merentis.

III 43 • 4–5

Iam istum spiritum exspuemus. Interim, dum trahimus, dum inter homines sumus, colamus humanitatem; non timori cuiquam, non periculo simus, detrimenta, iniurias, convicia, vellicationes contemnamus et magno animo brevia feramus incommoda: dum respicimus, quod aiunt, versamusque nos, iam mortalitas aderit.

O gniewie

13 • 4

Należy zauważyć, że ani dzikie zwierzęta, ani żadne inne żywe stworzenie, z wyjątkiem człowieka, nie doznają gniewu; bo chociaż gniew jest wrogiem rozumu, nie rodzi się nigdzie tam, gdzie nie ma rozumu. Dzikie zwierzęta mają popędy, zawziętość, dzikość, agresywność. Ale nie znają gniewu, jak i rozpusty, choć nawet w niektórych rozkoszach mniej się hamują od ludzi.

15 • 2

Ludzie narodzili się ku wzajemnej pomocy, gniew – na zniszczenie. Ludzie pragną się łączyć, gniew chce rozdzielać; człowiek chce pomagać, gniew – szkodzić; człowiek – wspierać nawet nieznanym, gniew – uderzać nawet w najbliższych; człowiek gotów jest poświęcić się dla dobra innych, gniew się narazi na niebezpieczeństwo, byleby tylko innych narazić.

15 • 3

Życie ludzkie opiera się na życzliwości i zgodzie, i nie strachem, ale wzajemną miłością wiąże się w sojusz i wspólną pomoc.

18 • 1

Najlepiej jest natychmiast opanować pierwszą pobudkę do gniewu, zwalczać go w samych jego zarodkach i dokładać starań, aby nie popaść w ogóle w gniew. Bo jeśli gniew zacznie znosić nas na manowce, powrót do równowagi jest trudny, gdyż rozum na nic się nie zda, gdzie raz wkroczyła namiętność i za naszą zgodą otrzymała jakąś władzę nad nami: potem uczyni, co zechce, a nie, na co jej pozwolisz.

19 • 4

Ten będzie pożytecznym żołnierzem, kto umie słuchać rozsądku. Bo namiętności równie źle wykonują rozkazy, jak i wydają.

I 11 • 2

I jak gniew czasami usuwa i obala zapory tak o wiele częściej sam sobie przynosi zgubę.

I 11 • 8

Gniew nie jest korzystny nawet w bitwach, czy też na wojnie; skłonny jest bowiem do zachwalstwa i nie wystrzega się sam niebezpieczeństw, gdy chce je ściągnąć na innych. Najbardziej niezawodne jest takie męstwo, które długo i dokładnie bada i trzyma się w ryzach, by uderzyć w niespiesznie wyznaczonym kierunku.

I 12 • 3

Niemal każdy usprawiedliwia taką namiętność, jaką dostrzega w sobie.

I 12 • 5–6

Żadna namiętność nie jest bardziej żądna zemsty niż gniew, który też z tego właśnie powodu jest niezdolny do wywarcia zemsty: gwałtowny i bezrozumny, jak prawie każda żądza, sam przeszkadza sobie w osiągnięciu tego, do czego dąży. Dlatego nigdy nie przynosi dobra, ani w czasie pokoju, ani w czasie wojny; upodabnia bowiem pokój do wojny, a w boju zapominając, że bóg wojny jest obopólny, i sam nad sobą nie mając władzy, dostaje się pod cudzą. Dalej, nie powinno się korzystać z wad dlatego tylko, że kiedyś byty jakoś pożyteczne; przecież i gorączka przynosi ulgę w pewnych rodzajach chorób, a nie znaczy to, żeby nie było lepiej wcale jej nie ulegać. Odrażający to rodzaj kuracji: zawdzięczać zdrowie chorobie. W podobny sposób nie należy uważać gniewu za rzecz zbawienną, nawet jeśli kiedyś, tak jak i trucizna, upadek czy rozbicie okrętu, przyniósł nieoczekiwaną korzyść. Nieraz bowiem wychodziło na zdrowie to co zgubne.

I 14 • 3

Nie da się znaleźć nikogo, twierdząc, kto mógłby się sam rozgrzeszyć, i każdy mówiący, że jest niewinny, świadczy się ludźmi, a nie własnym sumieniem. O ileż to bardziej ludzkie okazać grzesznikom łagodne i ojcowskie serce, i nie ścigać ich, ale przywołać! Nie znającego drogi i zbłąkanego wśród pól lepiej jest naprowadzić na właściwy kierunek, niżli odpędzić.

I 15 • 3

Temu, kto wymierza karę, nic mniej nie przystoi niż gniew, ponieważ kara tym bardziej przyczynia się do poprawy, jeżeli jest zastosowana z rozwagą.

I 16 • 1

Aby poskromić błędzących i zbrodniarzy, nie trzeba karać w gniewie. Gniew jest występkiem duszy, i nie trzeba, by winny naprawiał cudze winy.

I 17 • 2

Nie potrzeba nam innych narzędzi, skoro natura dostatecznie wyposażyła nas w rozum. Dała nam tę broń mocną, wieczną, posłuszną, niezawodną i przeciwko swemu panu niezwrotną. Rozum sam przez się wystarcza nie tylko do przewidywania, ale i do działania...

I 17 • 5

Namiętność prędko wygasa, rozum jest równomierny.

I 20 • 2

Wydaje się wszystkim, których obłąkany duch wynosi poza myśli człowiecze, że tchną czymś wielkim i wzniosłym.

Jednak nie ma w tym nic trwałego, a to, co wzrosło bez oparcia na mocnych podstawach, łatwo opada. Gniew nie ma się na czym wesprzeć.

I 20 • 6

...Wielkość ducha uważam za rzecz nienaruszalną, spójną wewnątrz i z gruntu jednolitą

i silną, i taką, co nie może istnieć w zdeprawowanych umysłach. Mogą one bowiem budzić grozę, niepokój i przynosić zgubę, ale nie będą miały wielkości, której oparciem i mocą jest dobroć.

I 16 • 2

Numquam enim recta mens vertitur nec sibi odio est nec quidquam mutavit a vita optima; at voluptas tunc, cum maxime delectat, exstinguitur. Non multum loci habet, itaque cito implet et taedio est et post primum impetum marcet.

8 • 3

Incorruptus vir sit externis et insuperabilis miratorque tantum sui, fidens animo atque in utrumque paratus, artifex vitae...

8 • 6

...Nam pigritia et haesitatio pugnam et inconstantiam ostendit. Quare audaciter licet profiteris summum bonum esse animi concordiam; virtutes enim ibi esse debebunt, ubi consensus atque unitas erit: dissident vitia.

9 • 3

Summum bonum in ipso iudicio est et habitu optimae mentis, quae cum cursum suum implevit et finibus se suis cinxit, consummatum est summum bonum nec quidquam amplius desiderat; nihil enim extra totum est, non magis quam ultra finem.

9 • 4

Hominis bonum quaero, non ventris, qui pecudibus ac beluis laxior est.

10 • 2

Atqui quis ignorat plenissimos esse voluptatibus vestris stultissimos quosque et nequitiam abundare iucundis animumque ipsum genera voluptatis prava sibi multa suggerere? In primis insolentiam et nimiam aestimationem sui tumoremque elanun super ceteros et amorem rerum suarum caecum et improvidum, delicias fluenris et ex minimis ac puerilibus causis exsultationem, iam dicacitatem ac superbiam contumeliis gaudentem, desidiam dissolutionemque segnis animi, indormientis sibi.

12 • 2

At contra sapientium remissae voluptates et modestae ac paene languidae sunt compressaeque et vix notabiles, ut quae neque accersitae veniant nec, quamvis per se accesserint, in honore sint neque ullo gaudio percipientium exceptae; miscent enim illas et interponunt vitae ut ludum iocumque inter seria.

13 • 5

Et voluptas nocet nimia: in virtute non est verendum, ne quid nimium sit, quia in ipsa est modus; non est bonum, quod magnitudine laborat sua.

*

...Virtutem quidem, excelsissimam dominam, voluptati tradere ancillam nihil magnum animo capientis est.

14 • 2

Ut feras cum labore periculoque venamur et captarum quoque illarum sollicita possessio est – saepe enim laniant dominos –, ita habent se magnae voluptates: in magnum malum evasere captaeque cepere, quae quo plures maioresque sunt, eo ille minor ac plurium servus est, quem felicem vulgus appellat.

15 • 7

...Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia nec perturbari iis, quae vitare non est nostrae potestatis. In regno nati sumus: deo parere libertas est.

20 • 2

Generosa res est respicientem non ad suas sed ad naturae suae vires conari alta temptare et mente maiora concipere, quam quae etiam ingenti animo adomatis effici possunt.

20 • 6

Vos quidem, quod virtutem cultoremque eius odistis, nihil novi facitis. Nam et solem lumina aegra formidant et aversantur diem splendidum nocturna animalia, quae ad primum eius ortum stupent et latibula sua passim petunt, abduntur in aliquas rimas timida lucis. Gemite et infelicem linguam bonorum exercete convicio, hiate, commordete: citius multo frangetis dentes quam imprimetis.

21 • 4

Nec enim se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat: non amat divitias, sed mavult; non in animum illas, sed in domum recipit, nec respuit possessas, sed continet et maiorem virtuti suae materiam subministrari vult.

24 • 1

Errat, si quis existimat facilem rem esse donare: plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur.

24 • 3

Ubicumque homo est, ibi beneficii locus est.

24 • 5

Divitias nego bonum esse: nam si essent, bonos facerent; nunc, quoniam, quod apud malos deprenditur dici bonum non potest, hoc illis nomen nego. Ceterum et habendas esse et utiles et magna commoda vitae afferentis fateor.

O życiu szczęśliwym

1 • 1

Wszyscy, bracie Gallionie, pragną żyć szczęśliwie, lecz błędzą w ciemnościach, jeśli idzie o poznanie, czym jest to, co czyni życie szczęśliwym. I do tego stopnia niełatwo jest osiągnąć życie szczęśliwe, że każdy, kto schodzi z właściwej drogi, tym bardziej się odeń oddala, im szybciej dąży. A skoro droga prowadzi w przeciwnym kierunku, sama szybkość powoduje, że oddalenie powiększa się coraz bardziej.

1 • 3

Nic nie wikła nas w większe zło niżli poddawanie się opinii publicznej i uznawanie za najlepsze tego, co spotkało się z wielką aprobatą, niżli wzorowanie się na tak wielu przykładach i życie nie podług zasad rozumu, lecz naśladownictwa.

1 • 4

Gubimy się naśladowując innych: oddzielmy się tylko od tłumu, a wrócimy do zdrowia.

2 • 1

Sprawy ludzkie nie idą aż tak dobrze, żeby się podobało większości to co lepsze.

2 • 4

Te rzeczy, które przyciągają oczy i przy których się przystaje, które jeden drugiemu z podziwem pokazuje, te rzeczy po wierzchu błyszczą, a są lichotą w środku.

3 • 3

Życie szczęśliwe pozostaje w harmonii ze swoją naturą, lecz można je osiągnąć pod warunkiem, że umysł jest, przede wszystkim, zdrowy i nieustannie zachowuje zdrowie; następnie, że jest mężny i silny, dalej: niezwykle wytrzymały, dostosowany do okoliczności, dbały, bez przeczulenia, o swoje ciało i wszystko, co go dotyczy, jak również troskliwy o inne rzeczy, które wnoszą porządek w życie, choć bez podziwu dla żadnej z nich, a w końcu, że zamierza korzystać z darów Losu, lecz nie być ich niewolnikiem.

3 • 4

Kiedy się wzgardzi rozkoszą i bólem, wówczas w miejsce tych wszystkich błahych i bezwartościowych rzeczy, a i szkodliwych przez swoje haniebne skutki, wstępuje ogromna radość, niewzruszona i nieustanna, a potem spokój, harmonia duchowa i wielkość połączona z łagodnością. Wszelkie bowiem okrucieństwo rodzi się ze słabości.

4 • 2

Najwyższym dobrem jest duch, gardzący przypadkowymi dobrami, rozradowany cnotą, albo ściślej, niepokonana siła ducha, doświadczona we wszystkim, łagodna w czynach, delikatna w obejściu z innymi.

4 • 3

...Cóż nam przeszkadza powiedzieć, że szczęśliwe życie to dusza wolna, dumna, nieustraszona i niewzruszona, stojąca poza lękiem i pożądaniem, dusza, dla której jedynym dobrem szlachetność, jedynym złem podłość, a reszta bezwartościową masą rzeczy, jakie przychodzą i odchodzą, nie ujmuje ani nie dodaje niczego szczęśliwemu życiu, nie zwiększając ani pomniejszając najwyższego dobra?

4 • 5

...Musimy więc wyjść na wolność. Jedyne sposoby zdobycia jej to obojętność wobec Losu: narodzi się wtedy owo nieocenione dobro, spokój i wzniosłość umysłu całkowicie już zabezpieczonego, i po zniweczeniu błędów wielka i trwała radość z poznania prawdy oraz życzliwość i pogoda ducha, które mu będą źródłem przyjemności nie dlatego, że same są dobrem, lecz dlatego, że wynikają z jego własnego dobra.

5 • 2–3

...Nikogo, kto pozostaje poza obrębem prawdy, nie można nazwać szczęśliwym. A więc życie szczęśliwe utwierdzone jest na słuszności i pewności sądu, i nie podlega zmianom.

6 • 2

...Człowiek szczęśliwy jest zadowolony ze swoich czasów, jakiegokolwiek by one były, i przychylny swojej kondycji. Szczęśliwy jest, komu rozum każe doceniać wszelkie warunki egzystencji.

7 • 4

Prawy umysł nigdy się nie zmienia i nie odczuwa wstrętu do siebie samego ani nie przeobraża niczego w swym życiu, które jest zawsze najlepsze. Tymczasem rozkosz wygasa, kiedy dostarcza największej radości. Nie ma na nią wiele miejsca, więc szybko powoduje przesyt, zaczyna budzić odrazę i po pierwszym porywie traci siłę.

8 • 3

Niech człowiek nie da się zepsuć przez rzeczy zewnętrzne i niech będzie niepokonanym i podziwiającym tylko siebie, wierzącym w siebie, a na złe i dobre gotowym – artystą życia...

8 • 6

...Ociąganie się i wahanie dowodzą walki wewnętrznej i braku stałości. Dlatego można śmiało stwierdzić, że największym dobrem jest harmonia duszy. Tam bowiem, gdzie zgoda i jedność, muszą być i cnoty : występkom towarzyszy niezgoda.

9 • 3

Najwyższe dobro polega na samym wyborze i postawie umysłu doskonałego, a kiedy zakończy on swoją drogę i zamknie się w obrębie swych granic, wówczas najwyższe dobro osiąga swą pełnię i nie potrzebuje niczego więcej. Nic bowiem nie może znajdować się poza całością, podobnie jak nic – poza ostateczną granicą.

9 • 4

Szukam szczęścia człowieka, a nie szczęścia brzucha, który pojemniejszy jest u bydła i dzikich zwierząt!

10 • 2

Któż nie wie, że najwięksi głupcy najbardziej korzystają z tych waszych rozkoszy, że nikczemność obfituje w przyjemności i że sama dusza dostarcza sobie wielu rodzajów występnej rozkoszy? Przede wszystkim jest to zarozumiałość, nadmierne poczucie własnej wartości i nadęte wynoszenie się ponad innych, ślepe i bezkrytyczne przywiązanie do własnych rzeczy, rozwiązłe przyjemności i uniesienie z bardzo błahych i dziecinnych powodów, zgryźliwość i arogancja lubująca się w obelgach, próżniactwo i wyuzdanie płynące z leniwego, ospałego umysłu.

12 • 2

Rozkosze mędrca są spokojne i umiarkowane, prawie obojętne, przytłumione i ledwie dostrzegalne, jako że przychodzą bez wezwania, a chociaż nadchodzą samoczynnie, nie są ani cenione ani przyjmowane z radością przez tych, którzy ich doświadczają. Oni je bowiem mieszają i łączą z życiem, tak jak rozrywkę i żart łączy się z poważnymi sprawami.

13 • 5

Nadmierna rozkosz jest szkodliwa: lecz jeśli idzie o cnotę, to nie należy się obawiać żadnego nadmiaru, gdyż w niej samej jest miara; nie jest dobrem to, co łamie się od własnej wielkości.

*

..Czynić z cnoty, owej najwznioślejszej władczyni, niewolnicę rozkoszy, to postępowanie właściwe dla człowieka, w którego duszy nie ma miejsca na nic wielkiego.

14 • 2

Jak z trudem i narażaniem się na niebezpieczeństwa polujemy na dzikie zwierzęta, a po schwytaniu nie przestajemy się ich bać – często bowiem rozszarpują swych panów – tak samo jest również z wielkimi rozkoszami: stają się one wielkim nieszczęściem i doścignięte ścigają. Im są liczniejsze i większe, tym nędzniejszy i bardziej zniewolony jest ten, kogo motłoch mieni szczęśliwym.

15 • 7

...Wiąże nas uroczysta przysięga, że będziemy znosili nasz ludzki los, nie tracąc równowagi ducha z powodu tego, czego nie jesteśmy w stanie uniknąć. Urodziliśmy się w monarchii absolutnej: prawdziwa wolność to być posłusznym Bogu.

20 • 2

Szlachetną rzeczą jest dążyć do wzniosłości celów, mierząc nie własne siły, ale siły swojej natury, i podejmować ambitniejsze plany niż te, jakie mogliby spełnić nawet ludzie obdarzeni niezwykłą siłą ducha.

20 • 6

Doprawdy, wy którzy nienawidzicie cnoty i jej wyznawców, nie postępujecie wcale w sposób dziwny. Bo przecież i chore oczy boją się słońca, a nocne zwierzęta czują odrazę do dziennej jasności; o pierwszym brzasku wpadają w odrętwienie, szukają na wszystkie strony swoich kryjówek i ze strachu przed światłem chowają się w byle jakich jamach. Syczcie i ostrzcie swe przekłete języki oczerniając ludzi szlachetnych, szczerzcie zęby, kąsajcie: prędzej połamięcie sobie zęby, niż zdołacie ugryźć.

21 • 4

Mędrzec nie uważa się za niegodnego żadnych przypadkowych darów: nie kocha bogactw, ale woli je mieć; nie do duszy je przyjmuje, ale do domu, nie odrzuca tych, które posiada, ale zatrzymuje, bo chce swojej cnotcie dostarczyć więcej możliwości.

24 • 1

Myli się, jeśli kto sądzi, że dawanie jest rzeczą łatwą, jest to bardzo trudne, jeżeli tylko rozdziela się dary rozsądnie, a nie trwoni się ich przypadkowo i pod wpływem kaprysu.

24 • 3

Gdzie człowiek, tam i okazja do wyświadczania dobrodziejstw.

24 • 5

Twierdzę, że bogactwo nie jest dobrem: gdyby nim było, czyniłoby ludzi dobrymi. Ponieważ zaś to, co znajduje się u złych ludzi, nie może być nazwane dobrem, uważam, że nie należy tej nazwy stosować do bogactwa. Przyznaję zresztą, że jest ono godne posiadania, użyteczne, i że zapewnia znaczną wygodę w życiu.

De otio

1 • 2–3

Nam inter cetera mala illud pessimum est, quod vitia ipsa mutamus. Sic ne hoc quidem nobis contingit permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet vexatque nos hoc quoque, quod iudicia nostra non tantum prava, sed etiam levia sunt: fluctuamur aliudque ex alio comprehendimus, petita relinquimus, relicta repetimus, alternae inter cupiditatem nostram et paenitentiam vices sunt; pendemus enim toti ex alienis iudiciis et id optimum nobis videtur, quod petitores laudatoresque multos habet, non id, quod laudandum petendumque est, nec viam bonam ac malam per se aestimamus, sed turba vestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium.

3 • 5

Hoc nempe ab homine exigitur, ut prosit hominibus, si fieri potest, multis, si minus, paucis, si minus, proximis, si minus, sibi. Nam cum se utilem ceteris efficit, commune agit negotium. Quomodo qui se deteriorem facit non sibi tantummodo nocet, sed etiam omnibus eis, quibus melior factus prodesse potuisset sic quisquis bene de se meretur hoc ipso aliis prodest, quod illis profuturum parat.

5 • 1

Solemus dicere summum bonum esse secundum naturam vivere: natura nos ad utrumque genuit, et contemplationi rerum et actioni.

5 • 3

Curiosum nobis natura ingenium dedit et artis sibi ac pulchritudinis suae conscia spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perdita fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida et non uno genere formosa solitudini ostenderet.

5 • 8

...Secundum naturam vivo, si totum me illi dedi, si illius admirator cultorque sum. Natura autem utrumque facere me voluit, et agere et contemplationi vacare. Utrumque facio, quoniam ne contemplatio quidem sine actione est.

6 • 2–3

Quomodo res appetere sine ullo virtutum amore et sine cultu ingenii ac nudas edere operas minime probabile est – misceri enim ista inter se et conseri debent –, sic imperfectum ac languidum bonum est in otium sine actu proiecta virtus, numquam id, quod didicit, ostendens. Quis negat illam debere profectus suos in opere temptare, nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando manum exercere et ea, quae meditata sunt, ad verum perducere?

7 • 1

...Tria genera sunt vitae, inter quae quod sit optimum quaeri solet: unum voluptati vacat, alterum contemplationi, tertium actioni.

*

Nec ille, qui voluptatem probat, sine contemplatione est, nec ille, qui contemplationi inservit, sine voluptate est, nec ille, cuius vita actionibus destinata est, sine contemplatione est.

O beczynności

1 • 2–3

Spośród wszystkich naszych nieszczęść najgorsze jest to, że zmieniamy nawet nasze wady. A więc nie udaje nam się nawet wytrwać przy złu, z którym już jesteśmy się zżyli. Raz ta, raz tamta wada przypada nam do gustu, i dręczy nas również to, że nasze opinie są nie tylko błędne, ale i zmienne: miotamy się na wszystkie strony, chwytamy się coraz to czegoś innego, porzucamy nasze pragnienia i do porzuconych wracamy, i tak wahamy się pomiędzy pożądaniem a skruchą. Jesteśmy całkowicie zawiśli od cudzych poglądów, i to się nam wydaje najlepsze, o co zabiega i co wielbi wielu, a nie to co godne zabiegów i uwielbienia. Nie uważamy także, że jakaś droga jest dobra czy zła sama przez się, lecz ze względu na ilość śladów, wśród których nie ma jednak śladów ludzi wracających wybraną drogą.

3 • 5

Od człowieka żąda się tylko, by przynosił pożytek ludziom: jeśli potrafi – wielu, a jeśli nie – to choćby nielicznym, a jeśli nie – to choćby najbliższym, a jeśli nie – to choćby samemu sobie. Jeśli bowiem stanie się pożyteczny dla innych, działa także dla wspólnej sprawy. Podobnie ten, kto staje się gorszy, nie tylko szkodzi sobie, lecz także tym wszystkim, którym mógłby pomóc, gdyby stał się lepszy. A więc każdy, kto ma zasługi wobec samego siebie, tym samym przynosi korzyść innym, gdyż przygotowuje dla nich pomoc w przyszłości.

5 • 1

Mówimy zwykle, że najwyższe dobro to życie zgodne z naturą. Natura zaś stworzyła nas do tego oto: do kontemplacji i do działania.

5 • 3

Natura obdarzyła nas umysłem chciwym wiedzy. Ona właśnie, świadoma swojej sztuki i swojej piękności, zrodziła nas jako widzów tego wspaniałego widowiska świata, gdyż inaczej zaprzepaściłaby owoce swojego trudu, jeśliby dzieła tak wielkie, tak wspaniałe, tak precyzyjne, tak świetne i tak zróżnicowane w swej piękności, ukazała martwej pustyni.

5 • 8

...Żyję według natury, jeżeli się jej całkowicie oddaję, jeżeli jestem jej pełnym uwielbienia czcicielem. Ale natura domaga się, abym wypełniał te dwa zadania: abym działał i poświęcał swój czas na rozmyślanie. Wypełniam jedno i drugie, ponieważ nawet życie oddane rozmyślaniom nie obywa się bez działania.

6 • 2–3

Podobnie jak nie jest godne pochwały pragnienie działania i tworzenie samych tylko dzieł bez pewnego umiłowania cnoty i bez kształtowania charakteru – te rzeczy muszą się bowiem ściśle łączyć i iść ze sobą w parze – tak samo niedoskonałym i mdłym dobrem jest cnota, która tkwi w ospalej beczynności i nigdy nie przejawia tego, czego się nauczyła. Któż zaprzeczy, że cnota powinna swoje osiągnięcia poddawać próbie czynu, i nie rozmyślać tylko, co

należy czynić, lecz także przejść wreszcie do działania i urzeczywistnić swoje zamysły?

7 • 1

...Istnieją trzy sposoby życia, i zwykle się dyskutuje, który z nich jest najlepszy: jeden – oddawanie się przyjemnościom, drugi – rozmyślaniu, trzeci – działaniu.

*

Ani ten, kto wybiera przyjemności, nie odgradza się od rozmyślania, ani ten, kto oddaje się rozmyślaniu, nie odgradza się od przyjemności, ani ten, kto poświęcił swe życie działaniu, nie odgradza się od rozmyślania.

De tranquillitate animi

1 • 11

Ubi aliquid animum insolitum arietari percussit, ubi aliquid occurrit aut indignum, ut in omni vita humana multa sunt, aut parum ex facili fluens, aut multum temporis res non magno aestimandae poposcerunt, ad otium convertor et, quemadmodum pecoribus fatigatis quoque, velocior domum gradus est; placet intra parietes suos vitam cohercere: „nemo ullum auferat diem nihil dignum tanto impendio redditurus; sibi ipse animus haereat, se colat, nihil alieni agat, nihil, quod ad iudicem spectet; ametur expers publicae privataeque curae tranquillitas”.

1 • 16

Puto multos potuisse ad sapientiam pervenire, nisi putassent se pervenisse, nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam opertis oculis transiluissent. Non est enim, quod magis aliena iudices adulatione <nos> perire quam nostra. Quis sibi verum dicere ausus est? Quis non inter laudantium blandientiumque positus greges plurimum tamen sibi ipse assentatus est?

2 • 15

...Scire debemus non locorum vitium esse quo laboramus, sed nostrum: infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laboris patientes nec voluptatis nec nostri nec ullius rei diutius.

3 • 6–7

Numquam enim quamvis obscura virtus latet, sed mittit sui signa: quisquis dignus fuerit, vestigiis illam colliget. Nam si omnem conversationem tollimus et generi humano renuntiamus vivimusque in nos tantum conversi, sequetur hanc solitudinem omni studio carentem inopia rerum agendarum...

3 • 8

Saepe grandis natu senex nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, praeter aetatem.

4 • 5

Etiam si alii primam frontem tenebunt, te sors inter triarios posuerit, inde voce, adhortatione, exemplo, animo milita...

4 • 8

Longe itaque optimum, est miscere otium rebus, quotiens actiosa vita impedimentis fortuitis aut civitatis condicione prohibebitur; numquam enim usque eo interclusa sunt omnia, ut nulli acroni locus honestae sit.

5 • 3–4

Licet scias et in afflictata re publica esse occasionem sapienti viro ad se proferendum et in florenti ac beata petulantiam, invidiam, mille alia inertia vitia regnare. Utcumque ergo se res publica dabit, utcumque fortuna permittet, ita aut explicabimus nos aut contrahemus, utique movebimus nec alligati metu torpebimus. Immo ille vir fuerit, qui periculis undique imminentibus, armis circa et catenis frementibus non alliserit virtutem nec absconderit; non est enim servare se obruere.

5 • 5

Ultimum malorum est e vivorum numero exire, antequam moriaris. Sed faciendum erit, si in rei publicae tempus minus tractabile incideris, ut plus otio ac litteris vindices, nec aliter quam in periculosa navigatione subinde portum petas nec exspectes, donec res te dimittant, sed ab illis te ipse diiungas.

6 • 2

Ferox impatiensque natura irritamenta nociturae libertatis evitet.

6 • 3

Aestimanda sunt deinde ipsa, quae aggredimur, et vires nostrae cum rebus, quas temptaturi sumus, comparandae; debet enim semper plus esse virium in actore quam in opere: necesse est opprimant onera, quae ferente maiora sunt. Quaedam praeterea non tam magna sunt negotia quam fecunda multumque negotiorum ferunt: et haec refugienda sunt, ex quibus nova occupatio multiplexque nascetur nec accedendum eo, unde liber regressus non sit; iis admovenda manus est, quorum finem aut facere aut certe sperare possis, relinquenda, quae latius actu procedunt nec ubi proposueris desinunt.

7 • 4

Pro optimo sit minime malus!

7 • 6

Praecipue tamen vitentur tristes et omnia deplorantes, quibus nulla non causa in querellas placet. Constet illi licet fides et benivolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus et omnia gemens.

8 • 1–2

Nam si omnia alia quibus angimur compares, mortes, aegrotationes, metus, desideria, dolorum laborumque patientiam, cum iis quae nobis mala pecunia nostra exhibet, haec pars multum praegravabit. Itaque cogitandum est, quanto levior dolor sit non habere quam perdere: et intellegemus paupertati eo minorem tormentorum quo minorem damnorum esse materiam. Erras enim, si putas animosiu detrimenta divites ferre: maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris.

8 • 9

Optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit.

9 • 3

Non potest umquam tanta varietas et iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat magna armamenta pendentibus; cogendae in artum res sunt, ut tela in vanum cadant...

10 • 2

Nulla melius nomine de nobis natura meruit quae, cum sciret quibus aerumnis nasceremur, calamitatum mollimentum consuetudinem invenit, cito in familiaritatem gravissima adducens.

10 • 4

Omnis vita servitium est. Assuescendum est itaque conditioni suae et quam minimum de illa querendum et quidquid habet circa se commodi apprehendendum: nihil tam acerbum est, in quo non aequus animus solacium inveniat.

*

Adhibe rationem difficultatibus: possunt et dura molliri et angusta laxari et gravia scite ferentis minus premere.

11 • 4

Saepe enim causa moriendi est timide mori.

11 • 6

Qui mortem timebit, nihil umquam pro homine vivo faciet; at qui sciet hoc sibi cum conciperetur statim condictum, vivet ad formulam et simul illud quoque eodem animi robore praestabit, ne quid ex iis, quae eveniunt, subitum sit.

11 • 9–10

...Horae momentum interest inter solium et aliena genua. Scito ergo omnem condicionem versabilem esse et quidquid in ullum incurrit posse in te quoque incurrere.

13 • 3

Necesse est autem levius ad animum pervenire destitutae cupiditatis dolorem, cui successum non utique promiseris.

14 • 2

Utique animus ab omnibus externis in se revocandus est: sibi confidat, se gaudeat, sua suscipiat, recedat quantum potest ab alienis et se sibi applicet, damna non sentiat, etiam adversa benigne interpretetur.

15 • 1

Cum cogitaveris, quam sit rara simplicitas et quam ignota innocentia et vix umquam, nisi cum expedit, fides, et occurrit tot scelerum felicitum turba et libidinis lucra damnaque pariter invisita et ambitio usque eo iam se suis non continens terminis, ut per turpitudinem splendeat: agitur animus in noctem et velut eversis virtutibus, quas nec sperare licet nec habere prodest, tenebrae oboriuntur.

15 • 2–3

Humanius est deridere vitam quam deplorare. Adice quod de humano quoque genere melius meretur qui ridet illud quam qui luget: ille ei spei bonae aliquid relinquit, hic autem stulte deflet quae corrigi posse desperat; et universa contemplanti maioris animi est qui risum non tenet quam qui lacrimas, quando lenissimum affectum animi movet et nihil magnum, nihil severum, ne miserum quidem ex tanto paratu putat.

15 • 5–6

...Satius est publicos mores et humana vitia placide accipere nec in risum nec in lacrimas excidentem; nam alienis malis torqueri aeterna miseria est, alienis delectari malis voluptas inhumana, sicut illa inutilis humanitas flere, quia aliquis filium efferat, et frontem suam fingere. In suis quoque malis ita gerere se oportet, ut dolori tantum des, quantum natura poscit, non quantum consuetudo...

17 • 1

Torquet enim assidua observatio sui et deprendi aliter ac solet metuit. Nec umquam cura solvimur, ubi totiens nos aestimari putamus quotiens aspici; nam et multa incidunt, quae invitos denudent, et, ut bene cedat tanta sui diligentia, non tamen iucunda vita aut segura est semper sub persona viventium.

17 • 2–3

Sed nec virtuti periculum est, ne admota oculis revilescat, et satius est simplicitate contemni quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei adhibeamus: multum interest, simpliciter vivas an neglegenter. Multum et in se recedendum est; conversatio enim dissimilium bene composita disturbat et renovat affectus et quidquid imbecillum in animo nec percuratum est exulcerat. Miscenda tamen ista et alternanda sunt, solitudo et frequentia: illa nobis faciet hominum desiderium, haec nostri, et erit altera alterius remedium; odium turbae sanabit solitudo, taedium solitudinis turba.

17 • 10–11

Non potest grande aliquid et super ceteros loqui nisi mota mens. Cum vulgaria et solita contempsit instinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quidquam et in arduo positum contingere, quam diu apud se est: desciscat oportet a solito et efferatur et mordeat frenos et rectorem rapiat suum eoque ferat, quo per se timuisset escendere.

O spokoju ducha

1 • 11

Kiedy coś wzburzy moją duszę nienawykłą do wstrząsów, kiedy dotknie mnie albo jakaś niegodziwość, jak bywa często w życiu każdego człowieka, albo spotka mnie jakieś niewielkie niepowodzenie, albo inne kłopoty małej wagi, wymagające jednak wiele czasu, chronię się w swojej przystani spokoju, i podobnie jak utrudzone zwierzęta, spiesznym krokiem podążam do domu. Postanawiam zamknąć swe życie wśród własnych ścian: „niech mi nikt nie kradnie ani jednego dnia, gdyż nie powetuje mi niczym tak wielkiej straty. Niech moja dusza zajmie się tylko sobą, niech troszczy się tylko o siebie, niech nie czyni niczego, co nie należy do niej, niczego na poklask. Ukochajmy więc spokój, z dala od trosk prywatnych i publicznych”.

1 • 16

Myślę, że wielu ludzi osiągnęłoby mądrość, gdyby nie sądzili, że już ją osiągnęli, gdyby nie ukrywali pewnych cech swego charakteru, a innych nie pomijali, przymykając oczy. Nie ma bowiem podstawy, abyś sądził, że bardziej zgubne jest dla nas cudze pochlebstwo niż nasze własne. Któż ma odwagę powiedzieć prawdę samemu sobie? Kto, otoczony tłumem wielbicieli i adoratorów, najbardziej ze wszystkich nie schlebia jednak sam sobie?

2 • 15

...Powinniśmy być świadomi, że powodem naszych kłopotów nie jest miejsce naszego pobytu, lecz my sami: jesteśmy bowiem zbyt słabi, aby cokolwiek ścierpieć, nie umiemy przez dłuższy czas znieść ani trudu, ani rozkoszy, ani siebie samych, ani w ogóle żadnej rzeczy.

3 • 6–7

Nawet najbardziej zapoznana cnota nie może się nigdy całkowicie utaić, ale daje znak o sobie: każdy, kto będzie na to zasługiwał, wytropi ją po jej śladach. Lecz jeśli wyrzekniemy się wszelkiego współżycia z ludźmi, jeśli odizolujemy się od całej ludzkości i będziemy żyli pochłonięci wyłącznie sobą, temu naszemu osamotnieniu, w którym nie ma miejsca na jakiegokolwiek dążenia, towarzyszył będzie brak wszelkich motywów działania...

3 • 8

Często starzec pochylony wiekiem nie ma innego dowodu na to, że żył tak długo, jak tylko liczbę przeżytych lat.

4 • 5

Nawet jeśli inni zajmą miejsce w pierwszej linii, a ciebie los rzuci między żołnierzy trzeciego szeregu, walcz także stamtąd głosem, zachętą, przykładem, odwagą.

4 • 8

Ilekróć przypadkowe przeszkody lub sytuacje polityczne powstrzymują nas od aktywnego życia, najlepiej jest przepłacać działanie beczynnością. Nigdy bowiem stosunki nie są aż tak beznadziejne, żeby nie było okazji do żadnej uczciwej działalności.

5 • 3–4

Dowiedz się, że nawet w państwie znękanym nieszczęściami mądry człowiek znajduje okazję do wybicia się, a w państwie kwitującym i szczęśliwym może panoszyć się swawola, zawiść i inne tysięczne występki wynikające z gnuśności. A więc stosownie do tego, jak potoczy się życie polityczne i na co pozwoli Los, albo rozwiniemy swoją aktywność, albo ją ograniczymy, lecz w każdym razie będziemy działali i nie popadniemy w odrętwienie spętani strachem. Ten okaże się prawdziwym mężczyzną, kto wobec zagrażających zewsząd niebezpieczeństw, wśród szczęku oręża i kajdan nigdy nie narazi na szwank ani nie ukryje swojego męstwa. Ukrywać się bowiem to nie znaczy ocalić się.

5 • 5

Najgorszym z nieszczęść jest opuścić szeregi żywych jeszcze przed śmiercią. Ale jeśli przypadkiem natrafisz na okres mniej korzystny dla działalności publicznej, staraj się więcej czasu poświęcać na wypoczynek i zajęcia literackie, podobnie jak w trakcie niebezpiecznej żeglugi musisz od czasu do czasu zawijać do portu, i nie czekaj aż sprawy pozwolą ci odejść, lecz sam uwalniaj się od nich.

6 • 2

Natury zuchwałe i niepohamowane niech wystrzegają się podniet do zgubnej swawoli.

6 • 3

Musimy poddawać ocenie nasze projekty i przymierzać siły do tego, co mamy zamiar podjąć. Zawsze bowiem wykonawca winien górować siłą nad swoim dziełem: ten, kto dźwiga nadmierne ciężary, zostanie nieuchronnie przygnieciony przez nie. Bywają zresztą przedsięwzięcia nie tyle wielkie, co brzemiennie mnogością innych zajęć: i należy uciekać od spraw, z których wynikają nowe i wielorakie zadania, ani nie trzeba zabierać się do takich, z których nie można się swobodnie wycofać. Przykładaj rękę do rzeczy, które możesz doprowadzić do końca albo których ukończenia możesz oczekiwać. I zostaw takie, które w wykonaniu nazbyt się rozrastają ani nie ustają tam, gdzie postanowiłeś.

7 • 4

Najlepszy ten, kto najmniej zły!

7 • 6

Szczególnie należy unikać melancholików i malkontentów, którzy znajdują przyjemność w narzekaniu z każdego powodu. Choćby się było pewnym lojalności i życzliwości takiego człowieka, to jednak wzburzony i stale rozżalony na wszystko towarzysz jest wrogiem naszego spokoju.

8 • 1–2

Jeśli porównasz takie nasze udręki, jak śmierć, choroby, obawy, tęsknoty, konieczność znoszenia bólów i trudów, z nieszczęściami, jakich przysparzają nam pieniądze, to te drugie wielce przeważają. Pomyślmy więc, o ile lżejszym zmartwieniem jest nie mieć pieniędzy niżli je stracić, a zrozumiemy, że im mniej ma do stracenia ubóstwo, tym mniej przynosi cierpienia. Mylisz się bowiem, jeżeli sądzisz, że bogacze dzielniej znoszą straty: rana sprawia jednakowy ból bardzo wielkim i bardzo małym ciałom.

8 • 9

Najlepsza jest taka miara majątku, żeby ani nie popaść w ubóstwo, ani od ubóstwa nie być daleko.

9 • 3

Nigdy nie da się na tyle odeprzeć tak różnorodnych i niesprawiedliwych zrzędzeń przypadku, aby nie uderzało wiele burz w rozpinających ogromne żagle. Należy ukryć swe dobra w ciasnym schronieniu, aby pociski trafiały w próżnię...

10 • 2

Natura, wiedząca, że rodzimy się, aby znosić udręki, niczym nie zasługuje bardziej na naszą wdzięczność niżeli tym, że jako ulgę w cierpieniach wynalazła przyzwyczajenie, które nas prędko oswaja z największymi nieszczęściami.

10 • 4

Całe życie jest niewolą. Należy więc pogodzić się z losem, jak najmniej ubolewać nad nim i chwycić każdą korzyść, jaka z nim się łączy. Żadne położenie nie jest aż tak straszne, by człowiek obdarzony równowagą ducha nie znalazł w nim jakiejś pociechy.

*

W przeciwnościach życia korzystaj ze swego rozsądku: to co twarde można zmiękczyć, to co wąskie rozszerzyć, a ciężary mniej przygniatają tych, którzy umieją je nosić.

11 • 4

Często przyczyną śmierci jest lęk przed śmiercią.

11 • 6

Kto lęka się śmierci, nigdy nie zrobi nic godnego człowieka, który naprawdę żyje. Lecz kto pamięta, że ten wyrok wydano na niego już w chwili poczęcia, będzie żył pod wyrokiem, a równocześnie tą samą, siłą ducha sprawi, że żadne zdarzenie nie będzie dla niego nieoczekiwane.

11 • 9–10

...Dość jednej chwili na to, by wprost z tronu znaleźć się na kolanach u cudzych stóp. Musisz pamiętać, że wszelki los jest zmienny i że cokolwiek się zdarza komu innemu, może się i tobie przydarzyć.

13 • 3

Z konieczności dusza mniej odczuwa udrękę z powodu zawiedzionych pragnień, jeśli nie przyrzekałeś, że z całą pewnością będą spełnione.

14 • 2

Duch ludzki powinien koniecznie zwracać się od spraw zewnętrznych ku sobie samemu: niechaj ufa sobie, niech cieszy się sobą, niech wznosi się myślą ku swoim sprawom, a trzyma się możliwie najdalej od cudzych, i niech zajmuje się sobą, niech się nie przejmuje stratami, niech nawet przeciwności tłumaczy sobie pomyślnie.

15 • 1

Kiedy się zastanowić, jak rzadka jest prostota, jak nieznana niewinność, jak trudno spotkać wierność – chyba że interesowną – i kiedy się pomyśli o masie zbrodni uwiecznionych powożeniem, o jednakowo nienawistnych korzyściach i stratach, jakie przynosi rozpusta, i o próżności, która do tego stopnia przekracza wszelkie granice, że aż chce jaśnieć przez swoją ohydę – wtedy duch pogrąża się w mroku nocy, i jakby po upadku cnót, których ani nie wolno spodziewać się u innych, ani się nie oplaca samemu posiadać, nastają ponure ciemności.

15 • 2–3

Człowiekowi bardziej wypada śmiać się z żyda niżli płakać nad nim. Warto też dodać, że większe zasługi wobec ludzkości ma ten, kto ją wyśmiewa, niż ten, kto żałuje: tamten zostawia choćby odrobinę nadziei, ten natomiast w głupi sposób płacze nad rzeczami, co do których nie spodziewa się żadnej poprawy. A biorąc wszystko pod uwagę, trzeba powiedzieć, że wznioślejszą ma duszę, kto nie powstrzymuje śmiechu, niż ten, kto nie powstrzymuje łez, gdyż pobudza najbardziej umiarkowane uczucia i w tym wielkim przepychu życia niczego nie uważa za wielkie, poważne, ani nawet żalosne.

15 • 5–6

Lepiej jest przyjmować ze spokojem zwyczaję pospółstwa i ludzkie wady, nie wybuchając śmiechem, ni płaczem. Zamartwiać się bowiem z powodu cudzych nieszczęść to wieczna męka, a cieszyć się z cudzych nieszczęść to przyjemność nieludzka, i tak na przykład bezużytecznym objawem człowieczeństwa jest płacz i smutna mina dlatego, że ktoś urządza pogrzeb synowi. Również we własnych nieszczęściach tak się należy zachowywać, by tyle tylko ulegać smutkowi, ile żąda natura, a nie powszechny zwyczaj...

17 • 1

Torturą jest nieustanne pilnowanie się i drżenie z obawy, by nas nie ujrzano inaczej niż zwykle. I nigdy nie uwolnimy się od tego niepokoju, gdyż sądzimy, że ile razy kto spojrzy na nas, tyle razy ocenia nas. Zdarza się bowiem wiele rzeczy, które nas obnażają wbrew naszej woli, a choćby nawet takie trzymanie się na baczności było niezawodne, to jednak nie jest ani przyjemne, ani beztroskie życie tych, co wciąż żyją w masce.

17 • 2–3

Ale cnota nie musi się obawiać, że oglądana z bliska straci na wartości. Lepiej z powodu prostoty narazić się na pogardę niż męczyć się ciągłym udawaniem. Zachowajmy jednak

umiary w tej sprawie: istnieje wielka różnica między prostym a niedbałym życiem. Często trzeba się chronić w głąb samego siebie. Obcowanie bowiem z ludźmi różnymi od nas burzy nasz wewnętrzny ład, na nowo roznieca namiętności i rozjątrza w naszej duszy każdą słabość, nie wyleczoną dokładnie. Trzeba jednak przeplatać na zmianę samotność i towarzystwo: pierwsza każe nam tęsknić do ludzi, drugie do nas samych, a więc pierwsze będzie środkiem zaradczym przeciwko drugiemu. Samotność będzie nas leczyć ze wstrętu do ludzi, ludzie – z odrazy do samotności.

17 • 10–11

Jedynie umysł wprowadzony w stan podniecenia umie się zdobyć na słowa majestatyczne i nadzwyczajne. Gdy wzgardzi tym co pospolite i zwykłe i wzbije się wyżej w świętym natchnieniu, wtedy dopiero wyśpiewa coś, co niedostępne dla ust śmiertelnych. Umysł nie może osiągnąć niczego, co znajduje się wysoko, w niedostępnym miejscu, dopóki tkwi w swoim zwykłym stanie: musi odstąpić od swych przyzwyczajzeń, unieść się w górę, zerwać wędzidła, porwać swego woźnicę i tam zanieść, gdzie sam przez się bałby się wspiąć.

De brevitare vitae

1 • 4

Ita est: non accipimus brevem vitam, sed facimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes ubi ad malum dominum pervenerunt, momento dissipantur, at quamvis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescut; ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

2 • 1

Quid de rerum natura querimur? Illa se benigne gessit: vita, si uti scias, longa est.

3 • 1

Omnia licet, quae umquam ingenia fulserunt, in hoc unum consentiant, numquam satis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur: praedia sua occupari a nullo pariantur et, si exigua contentio est de modo finium, ad lapides et arma discurrunt: in vitam suam incedere alios sinunt, immo vero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt; nemo invenitur, qui pecuniam suam dividere velit: vitam unusquisque quam multis distribuit! Adstricti sunt in continendo patrimonio, simul ad iacturam temporis ventum est, profusissimi in eo, cuius unius honesta avaritia est.

3 • 4

Tamquam semper victuri vivitis, numquam vobis fragilitas vestra succurrit, non observatis, quantum iam temporis transierit; velut ex pleno et abundanti perditis, cum interim fortasse ille ipse qui alicui vel homini vel rei donatur dies ultimus sit. Omnia tamquam mortales timetis, omnia tamquam immortales concupiscitis.

3 • 5

Quam serum est tunc vivere incipere, cum desinendum est? Quae tam stulta mortalitatis oblivio in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia et inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt.

4 • 1

Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis suis praeferant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si ruto liceat, descendere; nam ut nihil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit.

5 • 3

Semiliberum se dixit Cicero: at me hercules numquam sapiens in tam humile nomen procedet, numquam semiliber erit, integrae semper libertatis et solidae, solutus et sui iuris et altior ceteris. Quid enim supra eum potest esse, qui supra fortunam est?

6 • 4

Vestra me hercules vita, licet supra mille annos exeat, in artissimum contrahetur: ista vitia nullum non saeculum devorabunt; hoc vero spatium quod, quamvis natura currit, ratio dilatat, cito vos effugiat necesse est; non enim appenditis nec retinetis <nec> velocissimae omnium rei moram facitis, sed abire ut rem supervacuam ac reparabilem sinitis.

7 • 2

Omnia istorum tempora excute, aspice quam diu computent, quam diu insidentur, quam diu timeant, quam diu colant, quam diu colantur, quantum vadimonia sua atque aliena occupent, quantum convivium, quae iam ipsa officia sunt: videbis, quemadmodum illos respirare non sinant vel mala sua vel bona.

7 • 3

Nihil minus est hominis occupati quam vivere: nullius rei difficilior scientia est.

*

Vivere tota vita discendum est et, quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori.

7 • 9

At ille qui nullum non tempus in usus suos confert, qui omnem diem tamquam ultimum ordinat, nec optat crastinum nec timet.

8 • 3

Atqui facile est quamvis exiguum dispensare, quod certum est; id debet servari diligentius, quod nescias quando deficiat.

9 • 1

Maximum vivendi impedimentum est expectatio, quae pendet ex crastino, perdit hodiernum. Quod in manu fortunae positum est, disponis, quod in tua, dimittis. Quo spectas? Quo te extendis? Omnia quae ventura sunt in incerto iacent: protinus vive.

9 • 2

Itaque cum celeritate temporis utendi velocitate certandum est et velut ex torrenti rapido nec semper ituro cito hauriendum.

9 • 5

Quemadmodum aut sermo aut lectio aut aliqua intentior cogitatio iter facientis decipit et pervenisse ante sentiunt quam appropinquasse: sic hoc iter vitae assiduum et citatissimum, quod vigilantes dormientesque eodem gradu facimus, occupatis non apparet nisi in fine.

10 • 2

In tria tempera vita dividitur: quod fuit, quod est, quod futurum est. Ex is quod agimus breve est, quod acturi sumus dubium, quod egimus certum. Hoc est enim, in quod fortuna ius perdidit, quod in nullius arbitrium reduci potest.

10 • 6

Praesens tempus brevissimum est, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur; in cursu enim semper est, fluit et praecipitatur; ante desinit esse quam venit, nec magis moram patitur quam mundus aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio numquam in eodem vestigio manet. Solum igitur ad occupatos praesens pertinet tempus, quod tam breve est, ut arripi non possit, et id ipsum illis districtis in multa subducitur.

14 • 1

Soli omnium otiosi sunt qui sapientiae vacant, soli vivunt; nec enim suam tantum aetatem bene tuentur: omne aevum suo adiciunt; quidquid annorum ante illos actum est, illis acquisitum est. Nisi ingratis sumus, illi clarissimi sacrarum opinionum conditores nobis nati sunt, nobis vitam praeparaverunt. Ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem erutas alieno labore deducimur; nullo nobis saeculo interdictum est, in omnia admittimur et, si magnitudine animi egredi humanae imbecillitatis angustias libet, multum, per quod spatiemur, temporis est.

14 • 2

Cum rerum natura in consortium omnis aevi patiatur incedere, quidni ab hoc exiguo et caduco temporis transitu in illa toto nos demus animo, quae immensa, quae aeterna sunt, quae cum melioribus communia?

15 • 3–4

Solemus dicere non fuisse in nostra potestate, quos sortiremur parentes, forte hominibus datos: nobis vero ad nostrum arbitrium nasci licet. Nobilissimorum ingeniorum familiae sunt: elige, in quam adscisci velis; non in nomen tantum adoptaberis, sed in ipsa bona, quae non erunt sordide nec maligne custodienda: maiora fient, quo illa pluribus diviseris. Hi tibi dabunt ad aeternitatem iter et te in illum locum, ex quo nemo deicitur, sublevabunt. Haec una ratio est extendendae mortalitatis, immo in immortalitatem vertendae.

15 • 5

Sapientis ergo multum patet vita, non idem illum qui ceteros terminus cludit: solus generis humani legibus solvitur, omnia illi saecula ut deo serviunt. Transit tempus aliquod: hoc recordatione comprehendit; instat: hoc utitur; venturum est: hoc praecipit. Longam illi vitam facit omnium temporum in unum collatio.

16 • 1

Illorum brevissima ac sollicitissima aetas est, qui praeteritorum obliviscuntur, praesentia neglegunt, de futuro timent. Cum ad extrema venerunt, sero intellegunt miseri, tam diu se, dum nihil agunt, occupatos fuisse.

17•6

Numquam derunt vel felices vel miserae sollicitudinis causae; per occupationes vita tridetur: otium numquam agetur, semper optabitur.

O krótkości życia

1 • 4

Jest tak: nie otrzymujemy krótkiego życia, ale czynimy je krótkim, i nie brakuje nam życia, ale trwonimy je. Podobnie jak ogromne i wspaniałe bogactwa zostają wkrótce zmarnotrawione, kiedy przypadną w udziale złemu gospodarzowi, a nawet skromny majątek, przekazany w ręce dobrego zarządcy, pomnaża się przez odpowiedni użytek, tak samo życie nasze trwa długo, jeżeli się je dobrze ułoży.

2 • 1

Czemu żalimy się na naturę? Postąpiła ona z nami łaskawie: życie jest długie, jeżeli się umie z niego korzystać.

3 • 1

Chociaż wszystkie świetne umysły, jakie kiedykolwiek były, zgadzają się w tym jednym, to i tak nigdy dość nie przestaną się dziwić temu przyćmieniu ludzkiego rozumu: otóż ludzie nie mogą ścierpieć, aby ktokolwiek zajmował ich posiadłości, a jeśli powstanie najmniejszy spór o miedzę, biegną po kamienie i bronie. Natomiast pozwalają innym wkraczać w swoje życie, co więcej, nawet sami wprowadzają jego przyszłych właścicieli. Nie ma nikogo, kto chciałby rozdzielać swoje pieniądze pomiędzy innych: a iluż to ludziom każdy z nas rozdaje swoje życie! Ludzie są skąpi w zachowywaniu majątku, lecz jeśli idzie o tracenie czasu – tej jedynej rzeczy, której chwalebnie jest skąpić – są największymi utracjuszami.

3 • 4

Żyjecie tak, jakbyście mieli żyć wiecznie, i nigdy nie przychodzi wam na myśl wasza kruchość, nie zważacie na to, ile czasu już przeminęło. Trwonicie go, jakbyście czerpali z pełnego i nieprzebranego zasobu, gdy tymczasem ten właśnie dzień, który podaruje się czy to jakiemuś człowiekowi, czy to jakiejś sprawie, jest może ostatni. Obawiacie się wszystkiego jako śmiertelni, a pożądacie wszystkiego, jakbyście byli nieśmiertelni.

3 • 5

Jakże późno zaczynać życie, kiedy należy je kończyć! Jakież to głupie zamroczenie ludzi odkładać zbawienne plany na pięćdziesiąty, a nawet na sześćdziesiąty rok życia i chcieć rozpocząć życie w takim wieku, jaki tylko niewielu osiągnęło!

4 • 1

Zobaczysz, że najmożniejszym i postawionym wysoko wymykają się słowa świadczące o tym, że pragną oni spokoju i wielbią go, że go przenoszą ponad wszystkie ich dobra. Niekiedy chcieliby zstąpić z tego swojego szczytu, jeśli to było bezpieczne: bo chociaż nic nie niepokoi ich i nie rozwała z zewnątrz, ich szczęście upada samo przez się.

5 • 3

Cycero nazwał siebie półwolnym: lecz, na Herkulesa, mędrzec nigdy nie wystąpi pod tak nędznym mianem, nigdy nie będzie półwolny, lecz zawsze będzie miał wolność całkowitą i nienaruszoną, zawsze będzie swobodny, zawsze samowładny i wyższy od innych. Cóż bowiem może być ponad tym, kto stoi ponad Losem?

6 • 4

Choćby wasze życie, na boga, trwało więcej niż tysiąc lat, i tak skurczy się ono do skrajnej cieśni: wasze występki pochłoną każdy, nawet najdłuższy okres. Ten czas natomiast, który natura przebywa biegiem, a który rozum może wprowadzić przedłużyć, prędko musi wam się wymknąć, nie staracie się bowiem pochwycić, zatrzymać ani opóźnić tej najszybszej ze wszystkiego rzeczy, lecz pozwalacie, aby odeszła jak coś zbędnego i możliwego do powetowania.

7 • 2

Przebadaj cały czas życia ludzi zajętych, przyglądaj się, jak długo prowadzą rachunki, jak długo przygotowują zasadzki, jak długo się boją, jak długo nadskakują innym, jak długo im samym się nadskakuje, ile czasu zajmują im własne i cudze sprawy sądowe, ile czasu zabierają im uczty, które już same są obowiązkami, a zobaczysz, do jakiego stopnia ich własne sukcesy i klęski nie pozwalają im znaleźć chwili wytchnienia.

7 • 3

Nic nie jest bardziej obce dla człowieka zajętego niż życie. Żadnej innej umiejętności nie uczymy się z większym trudem.

*

Przez całe życie należy się uczyć żyć i – co może jeszcze bardziej cię zdziwi – przez całe życie należy się uczyć umierać.

7 • 9

Kto każdą chwilę obraca na swój użytek, kto każdy dzień układa jakby swój dzień ostatni, ten ani nie pragnie jutra, ani się go nie lęka.

8 • 3

Łatwo jest gospodarować czymś, co jest pewne, jakkolwiek niewielkie, gorliwiej należy oszczędzać tego, czego nie wiedzieć kiedy zabraknie.

9 • 1

Oczekiwanie, nastawione na jutro, a marnujące dzień dzisiejszy, stanowi największą wadę w życiu. Dysponujesz tym, co znajduje się w rękach Losu, a co w twoich, wypuszczasz. Czego wyglądasz? Dokąd zmierzasz? Wszystko, co może nadejść, zawieszono jest w niepewności: żyj już w tej chwili!

9 • 2

Z szybkim upływem czasu należy walczyć prędkim korzystaniem z niego, i spiesznie czerpać niby z rwącego potoku, który nie będzie płynął wiecznie.

9 • 5

Jak rozmowa albo lektura, albo intensywne rozmyślanie wprowadza w błąd podróżnych, bo wcześniej stwierdzają przybycie do celu niżli zbliżanie się do niego, tak samo jest z tą ciągłą i bardzo pospieszną podróżą życia, którą odbywamy jednakowym krokiem, czuwając i śpiąc: ci, którzy są nią zajęci, zdają sobie z niej sprawę dopiero na samym końcu.

10 • 2

Czas życia ludzkiego dzieli się na trzy okresy: na ten, który był, ten, który jest, ten, który będzie. Czas, w którym żyjemy, jest krótki, w którym mamy żyć, jest wątpliwy, a ten, który już przeżyliśmy – pewny. Los bowiem utracił prawo do niego, i nie podlega on już niczyjej władzy.

10 • 6

Czas terazniejszy jest bardzo krótki – tak bardzo, że niektórym wydaje się niczym, zawsze bowiem znajduje się w ruchu, płynie i przepada; przestaje istnieć, zanim jeszcze nadszedł, i nie znosi spoczynku, podobnie jak świat albo gwiazdy, którym nieustanny ruch nigdy nie pozwala pozostać w tym samym miejscu. Tylko więc ludzi zajętych dotyczy czas terazniejszy, który jest tak krótki, że nie da się pochwycić, i właśnie on tym ludziom zaprzątniętym wielu sprawami uchodzi niepostrzeżenie.

14 • 1

Ze wszystkich ludzi wolny czas mają tylko ci, którzy poświęcają się filozofii, tylko oni żyją, nie tylko bowiem strzegą dobrze czasu swojego życia, ale do życia dodają wieczność. Zyskują te wszystkie lata, jakie upłynęły przed ich narodzeniem. Jeśli nie jesteśmy bardzo niewdzięczni, to przyznamy, że wszyscy sławni twórcy świętych systemów filozoficznych urodzili się dla nas i że nam utorowali drogę życia. Dzięki cudzemu wysiłkowi dochodzimy do poznania rzeczy najpiękniejszych, wydobytych z ciemności na światło dzienne. Żadne stulecie nie jest dla nas objęte zakazem, do wszystkich mamy dostęp, i jeśli tylko zapagniemy wyzwolić się przez wielkość ducha z ludzkiej ograniczoności, to otworzy się wielki obszar czasu, w którym będziemy mogli wędrować.

14 • 2

Jeśli natura pozwala nam obcować z każdą epoką, to czemuż nie odwrócimy się od tego krótkiego i znikomego przebiegu czasu i całą duszą nie zanurzymy się w tym co bezmierne, wieczne, i co dzielimy z lepszymi od nas?

15 • 3–4

Mawiamy zwykle, że nie było w naszej mocy wybrać sobie rodziców, bo los nam ich przydzielił: lecz jednak wolno nam rodzić się także stosownie do własnego uznania. Istnieją przecież rodziny najszlachetniejszych umysłów: wybierz sobie taką, do której chciałbyś przystać; będziesz nie tylko dziedzicem ich nazwiska, lecz także samego majątku, którego nie

trzeba będzie strzec ani chciwie, ani zazdrośnie: będzie się on stawał tym większy, im większej go liczbie ludzi udzielisz. Oni otworzą ci drogę do wieczności i wyniosą cię w takie miejsce, skąd nie strąca się nikogo. Jest to jedyny sposób na przedłużenie naszego śmiertelnego życia, a nawet na przemianę w nieśmiertelność.

15 • 5

Życie mędrca rozciąga się bardzo szeroko, nie podlega on tym samym ograniczeniom co inni ludzie: on jeden jest wolny od praw władających rodzajem ludzkim, wszystkie wieki są mu posłuszne, podobnie jak Bogu. Przemija pewien czas? Ogarnia go więc wspomnieniem. Nadchodzi? Korzysta z niego. Ma dopiero nadejść? Uprzedza go. Mędrzec przedłuża swe życie łącząc wszystkie czasy w jedną całość.

16 • 1

Najkrótsze i najbardziej niespokojne jest życie tych, którzy zapominają o przeszłości, lekceważąc teraźszość, lękają się przyszłości. Kiedy dochodzą do kresu, zbyt późno pojmują, nieszczęśliwi, że byli tak długo zajęci niczego nie robiąc.

17 • 6

Nigdy nie zabraknie powodów do niepokoju pochodzących bądź z powodzenia, bądź z niepowodzenia. Życie schodzi nam na zajęciach: nigdy nie skorzystamy z wypoczynku, zawsze będziemy go tylko pragnęli.

Ad Polybium de consolatione

1 • 1–2

Ita est: nihil perpetuum, pauca diuturna sunt; aliud alio modo fragile est, rerum exitus variantur, ceterum quidquid coepit et desinit. Mundo quidam minantur interitum et hoc universum, quod omnia divina humanaque complectitur, si fas putas credere, dies aliquis dissipabit et in confusionem veterem tenebrasque demerget...

1 • 4

Maximum ergo solacium est cogitare id sibi accidisse, quod omnes ante se passi sunt omnesque passuri; et ideo mihi videtur rerum natura, quod gravissimum fecerat, commune fecisse, ut crudelitatem fati consolaretur aequalitas.

4 • 3

...Respicientes, quantum a tergo rerum tristium immineat, si non finire lacrimas, at certe reservare debemus. Nulli parcendum est rei magis quam huic, cuius tam frequens usus est.

6 • 2

Quid autem tam humile ac muliebre est quam consumendum se dotori committere?

9 • 5–7

Mihi crede, is beatior est, cui fortuna supervacua est, quam is, cui parata est. Omnia ista bona, quae nos speciosa sed fallaci voluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia aliaque complura, ad quae generis humani caeca cupiditas obstupescit, cum labore possidentur, cum invidia conspiciuntur, eos denique ipsos, quos exornant, et premunt; plus minantur quam prosunt; lubrica et incerta sum, numquam bene tenentur; nam ut nihil de tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela sollicita est. Si velis credere altius veritatem intuentibus, omnis vita supplicium est: in hoc profundum inquietumque proiecti mare, alternis aestibus reciprocum et modo allevans nos subitis incrementis, modo maioribus damnis deferens assidueque iactans, numquam stabili consistimus loco, pendemus et fluctuamur et alter in alterum illidimur et aliquando naufragium facimus, semper timemus; in hoc tam procelloso et ad omnes tempestates exposito mari navigantibus nullus portus nisi mortis est.

9 • 9

Est, mihi crede, magna felicitas in ipsa necessitate moriendi. Nihil ne in totum quidem diem certi est...

10 • 2–3

Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit, avidus, qui non lucri loco habet, quod accepit, sed damni, quod reddidit. Ingratus est, qui iniuriam vocat finem voluptatis. Stultus, qui nullum fructum esse putat bonorum nisi praesentium, qui non et in praeteritis acquiescit et ea iudicat certiora, quae abierunt, quia de illis ne desinant non est timendum.

Nimis angustat gaudia sua, qui eis tantummodo, quae habet ac videt, frui se putat et habuisse eadem pro nihilo ducit; cito enim nos omnis voluptas relinquit, quae fluit et transit et paene ante quam veniat aufertur. Itaque in praeteritum tempus animus mittendus est et quidquid nos umquam delectavit reducendum ac frequenti cogitatione pertractandum est: longior fideliorque est memoria voluptatum quam praesentia.

11 • 2

...Quid enim est novi hominem mori, cuius tota vita nihil aliud quam ad mortem iter est?

11 • 3–4

...Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. Gaudeamus ergo eo, quod dabitur, redamusque id, cum reposemur: alium alio tempore fata comprehendent, neminem praeteribunt. In procinctu stet animus et id quod necesse est numquam timeat, quod incertum est, semper exspectet. Quid dicam duces ducumque progeniem et multis aut consulatibus conspicuos aut triumphis sorte defunctos inexorabili? Tota cum regibus regna populique cum regentibus tulere fatum suum: omnes, immo omnia in ultimum diem spectant. Non idem universis finis est: alium in medio cursu vita deserit, alium in ipso aditu relinquit, alium in extrema senectute fatigatum iam et exire cupientem vix emittit; alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus; utrumne stultius sit nescio mortalitatis legem ignorare, an impudentius recusare.

12 • 2

Est autem hoc ipsum solacii loco, inter multos dolorem suum dividere; qui quia dispensatur inter plures, exigua debet apud te parte subsidere.

17 • 2

...Non sentire mala sua non est hominis et non ferre non est viri.

18 • 6

Satis praestiterit ratio, si id unum ex dolore, quod et superest et abundat, exciderit: ut quidem nullum omnino esse eum patiat, nec sperandum ulli nec concupiscendum est. Hunc potius modum servet, qui nec impietatem imitetur nec insaniam et nos in eo teneat habitu, qui et piaie mentis est nec motae: fluant lacrimae, sed eadem et desinant, trahantur ex imo gemitus pectore, sed idem et finiantur...

O pocieszeniu do Polibiusza

1 • 1–2

Jest tak: nie ma nic wiecznego, niewiele rzeczy jest długotrwałych, a każda jest krucha inaczej. Choć sprawy kończą się różnie, to jednak wszystko, co ma swój początek, znajduje także swój kres. Niektórzy grożą światu zagładą, i jeśli sądzisz, że godzi się w to wierzyć, pewnego dnia ten wszechświat, który obejmuje wszystkie rzeczy boskie i ludzkie, ulegnie rozproszeniu i pogrzeży się w dawnym chaosie i ciemnościach...

1 • 4

Największą zatem pociechą dla człowieka jest myśl, że wszyscy przed nim cierpieli i wszyscy po nim będą cierpieli to, co jego spotkało. I dlatego wydaje mi się, że to, co natura uczyniła czymś najbardziej uciążliwym, uczyniła powszechnym, ażeby wobec okrucieństw Przeznaczenia pociechą był ich równy podział.

4 • 3

...Biorąc pod uwagę, ile smutków zagraża nam jeszcze w życiu, powinniśmy, jeśli już nie całkiem przestać płakać, to przynajmniej zachować trochę łez na później. Niczego nie należy bardziej oszczędzać niż tego, czego tak często musimy używać.

6 • 2

Cóż bardziej haniebnego i niemęskiego niż poddawanie się niszczącemu działaniu zgryzoty?

9 • 5–7

Wierz mi, szczęśliwszy ten, komu zbędne jest powodzenie, niż ten, kto ma go pod dostatkiem. Te wszystkie dobra, które dostarczają nam efektownej, lecz zwodniczej przyjemności, a mianowicie pieniądze, zaszczyty, potęga i mnóstwo innych, wobec których ludzkość ogarnięta ślepą żądzą staje w podziw, przysparzają kłopotów właścicielom, ściągają zawistne spojrzenia, a w końcu miążdzą tych właśnie, dla których stanowią ozdobę. Niosą one z sobą więcej zagrożenia niżli pożytku, śliskie są i niepewne, nigdy się ich nie udaje utrzymać. Choćby nie było żadnej obawy o przyszłość, to jednak samo chronienie wielkiego szczęścia budzi niepokój. Jeślibyś zechciał uwierzyć tym, którzy głębiej wnikają w prawdę, to całe życie jest męką: zanurzeni w tym głębokim i niespokojnym morzu, które na zmianę wzdyma się falami przyływu i odpływu, i raz wynosi nas w górę przez nagłe pomnożenie naszego majątku, a raz spycha w dół przez jeszcze większe straty i nieustannie miota nami, nie możemy nigdy pozostać w stałym położeniu, kiwamy się i chwiejemy na fali, wpadamy jedni na drugich, niekiedy powodujemy katastrofę naszego okrętu, zawsze się tego bojąc. Dla tych, którzy żeglują po morzu tak burzliwym i narażonym na takie sztormy, nie ma innego portu jak tylko śmierć.

9 • 9

W samej konieczności umierania, wierz mi, tkwi wielkie szczęście. Nic nie jest pewne, nawet na przeciąg jednego dnia.

10 • 2–3

Niesprawiedliwy jest, kto nie zostawia ofiarodawcy prawa rozporządzania swymi darami. Chciwy ten, kto nie uważa za zysk tego, co otrzymał, ale za stratę to, co zwrócił. Niewdzięczny jest, kto nazywa krzywdą kres przyjemności. Głupi ten, kto sądzi, że można mieć korzyść wyłącznie z dóbr teraźniejszych, kto nie znajduje ukojenia nawet w minionych dobrach i tych właśnie, które odeszły, nie uznaje za pewniejsze, bo już nie zmuszające do lęku, że się skończą. Zbyt ogranicza swoje radości ten, kto mniema, że musi się cieszyć tylko tymi dobrami, które widzi i posiada, a tego, że kiedyś posiadał takie same dobra, zupełnie nie ceni. Szybko bowiem opuszcza nas wszelka rozkosz, która przepływa i mija, i rozwiewa się, niemal zanim nadeszła. A więc należy kierować myśl ku przeszłości i przywoływać z powrotem wszystko, cokolwiek było nam kiedyś miłe, i często o tym rozmyślać. Pamięć o minionych przyjemnościach trwa dłużej i wyraziściej niżli ich obecność.

11 • 2

...Cóż w tym niezwykłego, że umiera człowiek, którego całe życie nie jest niczym innym jak tylko drogą ku śmierci?

11 • 3–4

Ktokolwiek, jest powołany do życia, przeznaczony jest śmierci. Cieszymy się więc z tego, co będzie nam dane, i zwracajmy to, czego zażąda się od nas z powrotem: losy osiągną każdego kiedy indziej, nikogo nie pominą. Niech dusza będzie w pogotowiu, niech się nigdy nie lęka tego co konieczne, niech się zawsze spodziewa tego co niepewne. Po cóż mam mówić o wodzach i o potomkach wodzów oraz o ludziach sławnych albo dzięki wielu konsulatom, albo wielu triumfom – o ludziach pozbawionych życia przez nieubłagany los? Całe królestwo razem z królami i ludy razem z władcami uległy swojemu przeznaczeniu: wszyscy, a co więcej – wszystko zmierza ku swojej ostatecznej zagładzie. Jednak nie wszyscy znajdują taki sam koniec: jednego życie porzuca pośrodku drogi, innego opuszcza na samym początku, jeszcze innego, znużonego i gotowego już odejść, uwalnia w najbardziej podeszłej starości. Każdy z nas wprawdzie coraz to kiedy indziej, a jednak wszyscy dążymy do tego samego miejsca. Nie wiem, czy jest raczej głupotą niezdawanie sobie sprawy z konieczności śmierci, czy raczej bezczelnością sprzeciwianie się jej.

12 • 2

Już samo to stanowi pewną pociechę, że można rozdzielić swój smutek między wielu ludzi. A ponieważ rozdziela się on między wielu, tylko niewielka jego część powinna pozostać w tobie.

17 • 2

...Nie godzi się człowiekowi nie odczuwać swych nieszczęść, a nie móc ich znieść – nie godzi się mężczyźnie.

18 • 6

Rozum twój osiągnie dostatecznie dużo, jeśli zdoła usunąć tę tylko część smutku, która jest nadmierna i zbędna. Nikt jednak nie powinien ani spodziewać się, ani pragnąć, aby rozum pozwolił nam nie odczuwać w ogóle żadnego smutku. Niech raczej utrzyma on taką miarę, żeby nas nie zbliżała ani do obojętności, ani do szału rozpacz, i niechaj nas zachowa w sta-

nie, jaki cechuje człowieka o tkliwym, ale i zrównoważonym usposobieniu. Niechaj płyną łzy, ale niech i one ustaną, niechaj z głębi serca dobywają się jęki, lecz niech i one się skończą...

Ad Helviam matrem de consolatione

5 • 1

Bona condicione geniti sumus, si eam non deseruerimus. Id egit rerum natura, ut ad bene vivendum non magno apparatu opus esset: unusquisque facere se beatum potest. Leve momentum in adventiciis rebus est et quod in neutram partem magnas vires habeat: Nec secunda sapientem evehunt nec adversa demittunt; laboravit enim semper, ut in se plurimum poneret, ut a se omne gaudium peteret.

5 • 3

Illis [fortuna] gravis est, quibus repentina est: facile eam sustinet, qui semper exspectat. Nam et hostium adventus eos prosternit, quos inopinantis, occupavit; at qui futuro se bello ante bellum paraverunt, compositi et aptati primum, qui tumultuosissimus est, ictum facile excipiunt.

5 • 4–5

Neminem adversa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Illi qui munera eius velut sua et perpetua amaverunt, qui se suspici propter illa voluerunt, iacent et maerent, cum vanos et pueriles animos, omnis solidae voluptatis ignaros, falsa et mobilia oblectamenta destituunt: at ille, qui se laetis rebus non inflavit, nec mutatis contrahit. Adversus utrumque statum invictum animum tenet exploratae iam firmitatis; nam in ipsa felicitate, quid contra infelicitatem valeret, expertus est.

5 • 6

Nunc in his, quae mala vocantur, nihil tam terribile ac durum invenio quam opinio vulgi minabatur. Verbum quidem ipsum persuasione quadam et consensu iam asperius ad aures venit et audientis tamquam triste et execrabile ferit: ita enim populus iussit; sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant.

8 • 2–6

Duo quae pulcherrima sunt, quocumque nos moverimus, sequentur: natura communis et propria virtus. Id actum est, mihi crede, ab illo, quisquis formator universi fuit, sive ille deus est potens omnium, sive incorporalis ratio ingentium operum artifex, sive divinus spiritus per omnia maxima ac minima aequali intentione diffusus, sive fatum et immutabilis causarum inter se cohaerentium series: id, inquam, actum est, ut in alienum arbitrium nisi vilissima quaeque non caderent. Quidquid optimum homini est, id extra humanam potentiam iacet, nec dari nec eripi potest. Mundus hic, quo nihil neque maius, neque ornatius rerum natura genuit, et animus contemplator admiratorque mundi, pars eius magnificentissima, propria nobis et perpetua et tam diu nobiscum mansura sunt, quam diu ipsi manebimus. Alacres itaque et erecti, quocumque res tulerit, intrepido gradu properemus, emetiamur quascumque terras. Nullum inveniri exilium intra mundum potest; nihil enim, quod intra mundum est, alienum homini est. Undecumque ex aequo ad caelum erigitur acies, paribus intervallis omnia divina ab omnibus humanis distant. Proinde, dum oculi mei ab illo spectaculo, cuius insatiabiles sunt, non abducantur, dum mihi solem lunamque intueri liceat, dum ceteris inhaerere sideri-

bus, dum ortus eorum occasusque et intervalla et causas investigare vel ocius meandi vel tardius, spectare tot per noctem stellas micantis et alias immobiles, alias non in magnum spatium exeuntis sed intra suum se circumagentis vestigium, quasdam subito erumpentis, quasdam igne fuso praesringentes aciem, quasi decidant, vel longo tractu cum luce multa praetervolantes, dum cum his sim et caelestibus, qua homini fas est, immiscear, dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habeam: quantum refert mea, quid calcem?

9 • 2

Angustus animus est, quem terrena delectant: ad illa abducendus est, quae ubique aequae apparent, ubique aequae splendent. Et hoc cogitandum est, ista veris bonis per falsa et prave credita obstare.

10 • 2

Corporis exigua desideria sunt: frigus summoverti vult, alimentis famem ac sitim extinguere; quidquid extra concupiscitur, vitiiis, non usibus laboratur.

13 • 2

Si ultimum diem non quasi poenam, sed quasi naturae legem aspicias, ex quo pectore metum mortis eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare...

13 • 4

Plus etiam quam ignominia est mors ignominiosa...

13 • 6

Nemo ab alio contemnitur, nisi a se ante contemptus est. Humilis et proiectus animus sit isti contumeliae opportunus; qui vero adversus saevissimos casus se extollit et ea mala, quibus alii opprimuntur, evertit, ipsas miserias infularum loco habet, quando ita affecti sumus, ut nihil aequae magnam apud nos admirationem occupet quam homo fortiter miser.

13 • 8

Si magnus vir cecidit, magnam iacuit, non magis illum contemni, quam aedium sacrarum ruinae calcantur, quas religiosi aequae ac stantis adorant.

O pocieszeniu do matki Helwii

5 • 1

Przychodzimy na świat w korzystnych warunkach, jeśli z nich tylko nie rezygnujemy. Natura postarała się o to, że do szczęśliwego życia nie potrzeba bogatego wyposażenia: każdy się może uczynić szczęśliwym. Rzeczy zewnętrzne mają małe znaczenie i nie mogą oddziaływać ani w jednym, ani w drugim kierunku. Mędrca nie wprawia w pychę sukces, a porażka nie wywołuje w nim przygnębienia; zawsze bowiem dąży do tego, aby najbardziej polegać na sobie, aby z siebie czerpać wszelką radość.

5 • 3

[Los] tylko dla tych jest ciężki, których nagle przygniata: łatwo go dźwiga, kto go wciąż przewiduje. Przecież i najazd wrogów tylko tych powala, których zaskoczy znienacka. Ale ci, którzy się przygotowali do przyszłej wojny przed wybuchem wojny, ci uformowani w szeregi łatwo wytrzymują pierwsze uderzenie, wywołujące największą panikę.

5 • 4–5

Nieprzyjazny Los miażdży tylko tego, kogo zwiodła jego życzliwość. Ci, którzy miłują jego dary jak gdyby swoją trwałą własność, ci, którzy pragną dzięki nim zaskarbić sobie uznanie, popadają w przygnębienie i rozpacz, kiedy pozorne i przelotne uciechy sprawią zawód ich próżnej i dziecinnej duszy, co nie zna żadnej trwałej radości. Lecz kto w pomyślności nie nadyma się pychą, ten nie upadnie na duchu w odmiennym położeniu. W każdej sytuacji zachowa niezłomny charakter o wypróbowanej już odporności, bo w samym szczęściu sprawdził swą moc przeciwko nieszczęściu.

5 • 6

Nawet w tych tak zwanych nieszczęściach nie znajduję nic tak strasznego ani przykrego, jak przedstawia to groźnie wyobraźnia pospółstwa. Już samo słowo „nieszczęście” wskutek pewnego uprzedzenia i ogólnego przekonania brzmi w uszach raczej niemiło i razi słuchaczy jakby coś smutnego i przekłętogo: tak bowiem zawyrokował lud, lecz mędrcy w dużej mierze odrzucają opinie ludu.

8 • 2–6

Dokądkolwiek udamy się, wszędzie pójdzie za nami ta najpiękniejsza dwójca: wspólna natura ludzka i nasza własna cnota. Taki właśnie, wierz mi, był cel wielkiego Formatora wszechrzeczy, kimkolwiek on jest: czy to ów Bóg wszechmocny, czy bezcielesny Rozum – twórca ogromnych dzieł, czy boski Duch przenikający z jednakową energią wszystkie największe i najmniejsze rzeczy, czy też jest to Przeznaczenie i niezmienne następstwo splecionych ze sobą przyczyn. Jego celem, powiadam, było to, aby tylko sprawy najmniej ważne podlegały cudzej władzy. Wszystko, cokolwiek człowiek ma najlepszego, pozostaje poza ludzką mocą i nie może być ani dane, ani odebrane. Ten świat, od którego niczego większego ani niczego piękniejszego Natura nie stworzyła, i jego najwspanialsza część – duch ludzki, który bada i podziwia świat – są naszą trwałą własnością, i dopóty pozostaną z nami, dopóki my sami będziemy istnieli. A więc ochoczo i z podniesionym czołem pospieszajmy nieustra-

szonym krokiem tam, dokąd kieruje nas bieg życia, przemierzajmy wszystkie lądy, żadne miejsce na świecie nie może być miejscem wygnania, nie ma bowiem niczego na świecie, co dla człowieka byłoby cudze i obce. Skądkolwiek wzrok podniesiemy ku niebu, wszystkie sprawy boskie są równo odległe od wszystkich ludzkich. A zatem, dopóki moje oczy nie są pozbawione owego widowiska, którego nie są nigdy dość syte, dopóki wolno mi patrzeć na słońce i księżyc, dopóki wolno mi wpatrywać się w inne ciała niebieskie, śledzić ich wschody i zachody, cykliczne przebiegi i przyczyny ich szybszych lub wolniejszych ruchów, dopóki wolno mi przyglądać się tylu gwiazdom migocącym wśród nocy, z których jedne są nieruchome, inne nie odchodzą na wielką odległość, lecz poruszają się po swoim własnym torze, inne nagle wybuchają płomieniem, inne, jak gdyby spadając, oślepiają wzrok rozproszonym ogniem lub też przelatują wlokąc za sobą długą smugę światła – dopóki będę mógł być przy tym i obcować, na ile godzi się człowiekowi, z ciałami niebieskimi, dopóki moja myśl uniesiona w przestworza kierować się będzie ku widokowi podobnych rzeczy, cóż za różnica dla mnie, po jakiej ziemi stąpam?

9 • 2

Jakże ciasna to dusza, która czerpie radość z rzeczy ziemskich: dusza powinna zwracać się ku temu, co wszędzie wygląda jednako, co wszędzie lśni jednakowym blaskiem. Trzeba też pamiętać o tym, że rzeczy ziemskie, wywołując złudne i fałszywe przekonania, przesłaniają nam prawdziwe dobra.

10 • 2

Potrzeby naszego ciała są skromne: domaga się ono jedynie ochrony przed zimnem, pokarmu dla zaspokojenia głodu i pragnienia. Wszystko, czego pożądamy ponadto, służy naszym wadom, a nie rzeczywistym potrzebom.

13 • 2

Jeśli popatrzyś na kres życia nie jak na karę, lecz jako na prawo natury, i wygnasz z serca strach przed śmiercią, odtąd żaden lęk nie ośmieli się zakraść do niego...

13 • 4

Haniebna śmierć to coś jeszcze gorszego niż hańba...

13 • 6

Nikt nie dozna wzdryki od kogo innego, jeśli przedtem sam nie wzdrykł sobą. Takiej zniewadze może podlegać tylko dusza nędzna i znikczemniała. Natomiast ten, kto występuje odważnie przeciwko najstraszniejszym klęskom i obala zło, które innych miażdży, ten nawet niedolę przyjmuje jak święty wieniec zasługi, ponieważ taką mamy naturę, że nic nie wywołuje w nas równie wielkiego podziwu jak człowiek w nieszczęściu mężny.

13 • 8

Jeśli upadnie wielki człowiek, to nawet powalony pozostaje wielki, ludzie zaś wcale nie gardzą nim bardziej niż ruinami świątyni, po których depczą, a które wyznawcy czczą równie pobożnie, jak wówczas, gdy były całe.

De beneficiis

11 • 3–4

Nec facile dixerim, utrum turpius sit infitari an repetere beneficium; id enim genus huius crediti est, ex quo tantum recipiendum sit, quantum ultro refertur; decoquere vero foedissimum ob hoc ipsum, quia non opus est ad liberandam fidem facultaribus sed animo; reddit enim beneficium, qui debet. Sed cum sit in ipsis crimen, qui ne confessione quidem grati sunt, in nobis quoque est. Multos experimur ingratos, plures facimus, quia alias graves exprobratores exactoresque sumus, alias leves et quos paulo post muneris sui paeniteat, alias queruli et minima momenta calumniantes; gratiam omnem corrumpimus non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus.

I 1 • 7–8

Errat, si quis sperat responsurum sibi, quem dilatione lassavit, expectatione torsit. Eodem animo beneficium debetur, quo datur, et ideo non est negligenter dandum: sibi enim quisquis debet, quod a neciente accepit...

*

...Nam cum ita natura comparatum sit, ut altius iniuriae quam merita descendant et illa cito defluant, has tenax memoria custodiat, quid expectat, qui offendit, dum obligat ?

I 1 • 9

...Demus beneficia, non feneremus. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitavit, cum daret.

I 1 • 12

Hoc et magni animi et boni proprium est, non fructum beneficiorum sequi, sed ipsa et post malos quoque bonum quaerere. Quid magnifici erat multis prodesse, si nemo deceperit? Nunc est virtus dare beneficia non utique reditura, quorum a viro egregio statim fructus, perceptus est.

I 2 • 1

...Si detraxeris iudicium, desinunt esse beneficia, in aliud quodlibet incident nomen.

I 2 • 3

Nemo beneficia in calendario scribit nec avarus exactor ad horam et diem appellat. Numquam illa vir bonus cogitat nisi admonitus a reddente; alioqui in formam crediti transeunt. Turpis fenerario est beneficium expensum ferre.

I 3 • 1

Is perdet beneficia, qui cito se perdidisse credit; at qui instat et onerat priora sequentibus, etiam ex duro et immemori pectore gratiam extundit.

I 5 • 2–3

Non potest beneficium manu tangi: res animo geritur. Multum interest inter materiam beneficii et beneficium; itaque nec aurum nec argentum nec quidquam eorum, quae pro maximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. Imperiti autem id, quod oculis incurrit et quod traditur possideturque, solum notant, cum contra illud, quod in re carum atque pretiosum est parvi, pendunt. Haec, quae tenemus, quae aspicimus, in quibus cupiditas nostra haeret, caduca sunt, auferre nobis et fortuna et iniuria potest; beneficium etiam amisso eo, per quod datum est, durat. Est enim recte factum, quod irritum nulla vis efficit.

I 6 • 2

Animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna et in praefero habita dehonestat; ipsa, quae appetuntur, neutram naturam habent, nec boni nec mali: refert, quo illa rector impellat, a quo forma rebus datur.

I 6 • 3

Itaque boni etiam farre ac fitilla religiosi sunt; mali rursus non effugiunt impietatem, quamvis aras sanguine multo cruentaverint.

I 12 • 2

Apud paucos post rem manet gratia; plures sunt, apud quos non diutius in animo sunt donata quam in usu.

II 1 • 2

...Ingratum est beneficium, quod diu inter dantis manus haesit, quod quis aegre dimittere visus est et sic dare, tamquam sibi eriperet.

II 1 • 4

Vota homines parcius facerent, si palam facienda essent; adeo etiam deos, quibus honestissime supplicamus, tacite malumus et intra nosmet ipsos precari.

II 3 • 1

Ingentia quorundam beneficia silentium aut loquendi tarditas imitata gravitatem et tristitiam corrumpit, cum promitterent vultu negantium; quanto melius adicere bona verba rebus bonis et praedicatione humana benignaque commendare, quae praestes!

II 5 • 1

Nihil aequae amarum quam diu pendere; aequiore quidam animo ferunt praecidi spem suam quam trahi. Plerisque autem hoc vitium est ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba, quales regiae potentiae ministri sunt, quos delectat superbiae suae longum

spectaculum, minusque se iudicant posse, nisi diu multumque singulis, quid possint, ostenderint. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Iniuriae illorum praecipites, lenta beneficia sunt.

II 5 • 3

Ubi in taedium adductus animus incipit beneficium odisse, dum exspectat, potest ob id gratus esse?

II 5 • 3–4

Est enim etiam bonarum rerum sollicita exspectatio, et cum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant, qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut tardius gaudere, beneficio suo manus affert. Omnis benignitas properat, et proprium est libenter facientis cito facere...

II 11 • 5

Si gratos vis habere, quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed ames.

II 13 • 1

O superbia, magnae fortunae stultissimum malum! Ut a te nihil accipere iuvat! Ut omne beneficium in iniuriam convertis! Ut te omnia dedecent! Quoque altius te sublevasti, hoc depressior es ostendisque tibi non datum agnoscere ista bona, quibus tantum inflaris; quidquid das, corrumpis.

II 15 • 1

Numquam in turpitudinem nostram reditura tribuamus. Cum summa amicitiae sit amicum sibi aequare, utrique simul consulendum est...

II 17 • 6

Multi sunt tam pravae naturae, ut malint perdere, quae praestiterunt, quam videri recepisse: superbi et imputatores; quanto melius quantoque humanius id agere, ut illis quoque partes suae constent, et favere, ut gratia sibi referri possit, benigne omnia interpretari, gratias agentem non aliter, quam si referat, audire, praebere se facilem ad hoc, ut, quem obligavit, etiam exsolvi velit!

II 17 • 7

Optimus ille, qui facile dedit, numquam exegit, reddi gavisus est, bona fide, quid praestitisset, oblitus, qui accipientis animo recepit.

II 18 • 2

...Omne enim honestum in arduo est, etiam quod vicinum honesto est; non enim tantum fieri debet, sed ratione fieri. Hac duce per totam vitam eundem est, minima maximaque ex huius consilio gerenda...

II 18 • 3

Videamus, num etiam maiore dilectu quaerendus est, cui debeamus, quam cui praestemus. Nam ut non sequantur ulla incommoda (secuntur autem plurima), grave tamen tormentum est debere, cui nolis; contra iucundissimum ab eo accepisse beneficium, quem amare etiam post iniuriam possis, ubi amicitiam alioqui iucundam causa fecit et iustam. Illud vero homini verecundo et probo miserrimum est, si eum amare oportet, quem non iuvat.

II 18 • 5

...Et ut in amicitiam non reciperem indignum, sic ne in beneficiorum quidem sacratissimum ius, ex quo amicitia oritur.

II 18 • 6

...Aliquando beneficium accipiendum est et invito.

II 19 • 2

Ante des oportet mihi arbitrium mei, deinde beneficium.

II 22 • 1

Qui grate beneficium accipit, primam eius pensionem solvit.

II 26 • 2

Nemo non benignus est sui iudex; inde est, ut omnia meruisse se existimet et in solutum accipiat nec satis suo prerio se aestimatum putet.

II 27 • 3–4

Non patitur aviditas quemquam esse gratum; numquam enim improbae spei, quod datur, satis est, et maiora cupimus, quo maiora venerunt; multoque concitator est avaritia in magnarum opum congestu collocata, ut flammae infinito acrior vis est, quo ex maiore incendio emicuit. Aequae ambitio non patitur quemquam in ea mensura honorum conquiescere, quae quondam eius fuit impudens votum.

*

Ultra se cupiditas porrigit et felicitatem suam non intellegit, quia non, unde venerit, respicit, sed quo tendat.

II 28 • 4

Nullum est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit, nullum tam angustum, quod non bonus interpret extendat. Numquam deerunt causae querendi, si beneficia a deteriore parte spectaveris.

II 29 • 4–5

Quidquid nobis negatum est, dari non potuit. Proinde, quisquis es iniquus aestimator sortis humanae, cogita, quanta nobis tribuerit parens noster, quanto valentiora animalia sub iugum miserimus, quanto velociora consequamur, quam nihil sit mortale non sub ictu nostro positum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem, quo intendit, momento pervium est, sideribus velociorem, quorum post multa saecula futuros cursus antecedit; tantum deinde frugum, tantum opum, tantum rerum aliarum super alias acervatarum.

II 29 • 6

Ita est: carissimos nos habuerunt di immortales habentque, et, qui maximus tribui honos potuit, ab ipsis proximos collocaverunt. Magna accepimus, maiora non cepimus.

II 30 • 2

Eodem quidem momento, quo obligatus es, si vis, cum quolibet paria fecisti, quoniam, qui libenter beneficium accipit, reddidit.

II 31 • 1

Nam cum omnia ad animum referamus, fecit quisque, quantum voluit; et cum pietas, fides, iustitia, omnis denique virtus intra se perfecta sit, etiam si illi manum exserere non licuit, gratus quoque homo esse potest voluntate.

II 34 • 4

Parsimonia est scientia vitandi sumptus supervacuos aut ars re familiari moderate utendi; parcissimum tamen hominem vocamus pusilli animi et contracti, cum infinitum intersit inter modum et angustias.

III 1 • 1

...De ingratis etiam ingrati queruntur, cum interim hoc omnibus haeret, quod omnibus displicet, adeoque in contrarium itur, ut quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantum, sed propter beneficia.

III 1 • 3

Multa sunt genera ingratorum, ut furum, ut homicidarum, quorum una culpa est, ceterum in partibus varietas magna; ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit, ingratus est, qui dissimulat, ingratus, qui non reddit, ingrattissimus omnium, qui oblitus est.

III 1 • 5

...Parentes suos non amare impietas est, non agnoscere insania.

III 3 • 4

Nemo, quod fuit, tamquam in praeterito sed tamquam in perditio ponit, ideoque caduca memoria est futuro imminentium.

III 4 • 2

Praesentia bona nondum tota in solido sunt, potest illa casus aliquis incidere; futura pendet et incerta sunt; quod praeteriit, inter tuta sepositum est.

*

Memoria gratum facit; memoriae minimum tribuit, quisquis spei plurimum.

III 13 • 2

...Nemo enim libenter dat invitis, sed quicumque ad bene faciendum bonitate invitatus est et ipsa pulchritudine rei, etiam libentius dabit nihil debitoris nisi quod volent. Minuitur enim gloria eius officii, cui diligenter cautum est.

III 14 • 3

Aequissima vox est et ius gentium prae se ferens: „redde, quod debes”; haec turpissima est in beneficio.

III 14 • 4

Non est irritandus animus ad avaritiam, ad querellas, ad discordiam; sua sponte in ista fertur. Quantum possumus, resistamus et quaerenti occasiones amputemus.

III 15 • 4

Generosi animi est et magnifici iuvare, prodesse; qui dat beneficia, deos imitatur, qui repetit, feneratores.

III 17 • 2

Poena est, quod [ingratus] non audet ab ullo beneficium accipere, quod non audet ulli dare, quod omnium designatur oculis aut designari se iudicat, quod intellectum rei optima ac dulcissimae amisit.

III 18 • 2

Nulli praeclusa virtus est; omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat et ingenuos et libertinos et servos et reges et exules...

III 20 • 1–2

Errat, si quis existimat servitutem in totum hominem descendere. Pars melior eius excepta est: corpora obnoxia sunt et adscripta dominis, mens quidem sui iuris, quae adeo libera et vaga est, ut ne ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri quaeat, quominus impetu suo utatur et ingentia agat et in infinitum comes caelestibus exeat. Corpus itaque est, quod domino fortuna tradidit. Hoc emit, hoc vendit; interior illa pars mancipio dari non potest. Ab hac quidquid venit, liberum est...

III 22 • 4

Quis autem tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat?

III 28 • 1

Quare potius persona rem minuat, quam personam res ipsa cohonestat? Eadem omnibus principia eademque origo; nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium et artibus bonis aptius.

III 28 • 2–3

Unus omnium parens mundus est, sive per splendidos, sive per sordidos gradus ad hunc prima cuiusque origo perducitur. Non est, quod te isti decipiant, qui, cum maiores suos recensent, ubicumque nomen illustre defedit, illo deum infulciunt. Neminem despexeris, etiam si circa illum obsoleta sunt nomina et parum indulgente adiuta fortuna. Sive libertini ante vos habentur sive servi sive exterarum gentium homines, erigite audacter animos et, quidquid in medio sordidi iacet, transilite; exspectat vos in summo magna nobilitas.

III 28 • 6

Neque enim ulli magis abiciunt animos, quam qui improbe tollunt, nullique ad calcandos alios paratiores, quam qui contumelias facere accipiendo didicerunt.

III 31 • 4

Non est bonum vivere, sed bene vivere.

III 34 • 1

Multum inter prima ac maxima interest, nec ideo prima maximorum instar sunt, quia sine primis maxima esse non possunt.

IV 1 • 2

Inveniuntur, qui honesta in mercedem colant quibusque non placeat virtus gratuita; quae nihil habet in se magnificum, si quidquam venale. Quid enim est turpius quam aliquem computare, quanti vir bonus sit, cum virtus nec lucro invitet nec absterreat damno adeoque neminem spe ac pollicitatione corrumpat, ut contra impendere in se iubeat et saepius in ultro tributis sit? Calcatis ad illam utilitatibus eundem est; quocumque vocavit, quocumque misit, sine respectu rei familiaris, interdum etiam sine ulla sanguinis sui parsimonia vadendum nec umquam imperium eius detractandum.

IV 1 • 3

Rerum honestarum pretium in ipsis est. Si honestum per se expetendum est, beneficium autem honestum est, non potest alia eius condicio esse, cum eadem natura sit. Per se autem expetendum esse honestum saepe et abunde probatum est.

IV 4 • 3

Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro faro et in poenam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Ipsos illos complorantes sortem suam et querulos circumspice: invenies non ex roto beneficiorum caelestium expertes, neminem esse, ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manaverit. Panim est autem id, quod nascentibus ex aequo distribuitur? Ut quae sequuntur inaequali dispensata mensura transeamus, parum dedit natura, cum se dedit?

IV 7 • 1

Quid enim aliud est natura quam deus et divina ratio toti mundo partibusque eius inserta? Quotiens voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare...

IV 8 • 2–3

Quocumque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi; nihil ab illo vacat, opus suum ipse implet. Ergo nihil agis, ingratisse mortalium, qui te negas deo debere, sed naturae, quia nec natura sine deo est nec deus sine natura, sed idem est utrumque, distat officio. Si, quod a Seneca accepisses, Annaeo te debere diceres vel Lucio, non creditorem mutares, sed nomen, quoniam, sive praenomen eius sive nomen dixisses sive cognomen, idem tamen ille esset; sic nunc naturam voca, fatum, fortunam: omnia eiusdem dei nomina sunt varie utentis sua potestate. Et iustitia, probitas, prudentia, fortitudo, frugalitas unius animi bona sunt; quidquid horum tibi placuit, animus placet.

IV 9 • 1

Ergo beneficium per se expetenda res est. Una spectatur in eo accipientis utilitas...

IV 9 • 3

Honestum propter nullam aliam causam quam propter ipsum sequimur; tamen, etiam si nihil aliud sequendum est, quaerimus, cui faciamus et quando et quemadmodum; per haec enim constat. Itaque, cum eligo, cui dem beneficium, id ago, ut quandoque beneficium sit, quia, si turpi datur, nec honestum esse potest nec beneficium.

IV 10 • 1

Depositum reddere per se res expetenda est; non tamen semper reddam nec quolibet loco nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest, utrum infitier an palam reddam. Intuebor utilitatem eius, cui redditurus sum, et nociturum illi depositum negabo.

IV 10 • 2

Nihil enim sine ratione faciendum est; non est autem beneficium, nisi quod ratione datur, quoniam ratio omnis honesti comes est.

IV 10 • 4

Saepe autem et non redditurus gratus est et ingratus, qui reddidit.

IV 14 • 1

Non dicam pudicam, quae amatorem ut incenderet reppulit, quae aut legem aut virum timuit; ut ait Ovidius:

„Quae, quia non licuit, non dedit, illa dedit”.

Non immerito in numerum peccantium refertur, quae pudicitiam timori praestitit, non sibi.

IV 15 • 2

Non mentiar, si dixero neminem non amare beneficia sua, neminem non ita compositum animo, ut libentius eum videat, in quem multa congescit, cui non causa sit iterum dandi beneficii semel dedisse. Quod non accideret, nisi ipsa nos delectarent beneficia.

IV 17 • 2–3

...Adeoque gratiosa virtus est, ut insitum sit etiam malis probare meliora. Quis est, qui non beneficus videri velit, qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis affectet, qui non ipsis, quae impotentissime fecit, speciem aliquam induat recti velitque etiam his videri beneficium dedisse, quos laesit? Gratias itaque agi sibi ab iis, quos afflixere, patiuntur bonosque se ac liberales fingunt, quia praestare non possunt; quod non facerent, nisi illos honesti et per se expetendi amor cogeret moribus suis opinionem contrariam quaerere et nequitiam abdere, cuius fructus concupiscitur, ipsa vero odio pudorique est; nec quisquam tantum a naturae lege descivit et hominem exuit, ut animi causa malus sit.

IV 17 • 4

Maximum hoc habemus naturae meritum, quod virtus lumen suum in omnium animos permittit; etiam qui non sequuntur illam, vident.

IV 19 • 1

Deos nemo sanus timet; furor est enim metuere salutaria, nec quisquam amat, quos timet.

IV 24 • 2

Non recipit sordidum virtus amatorem; soluto ad illam sinu veniendum est. Ingratus hoc cogitat: „Volebam gratiam referre, sed timeo impensam, timeo periculum, vereor offensam; faciam potius quod expedit”. Non potest eadem ratio et gratum facere et ingratum; ut diversa illorum opera, ita diversa inter se proposita sunt; ille ingratus est, quamvis non oporteat, quia expedit; hic gratus est, quamvis non expediat, quia oportet.

IV 25 • 1–3

Propositum est nobis secundum rerum naturam vivere et deorum exemplum sequi; di autem, quodcumque faciunt, in eo quid praeter ipsam faciendi rationem sequuntur? Nisi forte illos existimas fructum operum suorum ex fumo extorum et turis odore percipere. Vide, quanta cotidie moliantur, quanta distribuunt, quantis terras fructibus impleant, quam opportunis et in omnes oras ferentibus ventis maria permoveant, quantis imbribus repente deiectis solum molliant venasque fontium arentes redintegrent et infuso per occulta nutrimento novent. Omnia ista sine mercede, sine ullo ad ipsos perveniente commodo faciunt. Hoc nostra quoque ratio, si ab exemplari suo non aberrat, servet, ne ad res honestas conducta veniat. Pudeat ullum venale esse beneficium: gratuitos habemus deos.

IV 27 • 1

Timidus dicitur aliquis, quia stultus est: et hoc malos sequitur, quos indiscreta et universa vitia circumstant; dicitur timidus proprie natura etiam ad inanes sonos pavidus. Stultus omnia vitia habet, sed non in omnia natura pronus est: alius in avaritiam, alius in luxuriam, alius in petulantiam inclinatur.

IV 27 • 5

Quomodo male filiae suae consulet, qui illam contumelioso et saepe repudiato collocavit, malus pater familiae hebebitur, qui negotiorum gestorum damnato patrimonii sui curam mandaverit, quo modo dementissime testabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum spoliatorum, sic pessime beneficia dare dicitur, quicumque ingratos eligit, in quos peritura conferat.

IV 28 • 3

Deus... quaedam munera universo humano generi dedit, a quibus excluditur nemo.

IV 28 • 4

Quaedam in medio ponuntur: tam bonis quam malis conduntur urbes; monumenta ingeniorum et ad indignos perventura publicavit editio; medicina etiam sceleratis opem monstrat; compositiones remediorum salutarium nemo suppressit, ne sanarentur indigni.

IV 29 • 2–3

Beneficium est opera utilis, sed non omnia opera utilis beneficium est; quaedam enim tam exigua sunt, ut beneficium nomen non occupent. Duae res coire debent, quae beneficium efficiant. Primum rei magnitudo; quaedam enim sunt infra huius nominis mensuram. Quis beneficium dixit quadram panis aut stipem aeris abiecti aut ignis accendendi factam potestatem? Et interdum ista plus prosunt quam maxima; sed tamen vilitas sua illis, etiam ubi temporis necessitate facta sunt necessaria, detrahit pretium. Deinde hoc, quod potentissimum est, oportet accedat, ut eius causa faciam, ad quem volam pervenire beneficium, dignumque eum iudicem et libens id tribuam percipiensque ex munere meo gaudium...

IV 38 • 1

Non est turpe cum re mutare consilium.

IV 40 • 4

...Reiciendi genus est protinus aliud invicem mittere et munus munere expungere.

IV 40 • 5

Qui invitus debet, ingratus est

V 2 • 1–2

...Numquam enim in rerum honestarum certamine superari turpe est, dummodo arma non proicias et victus quoque velis vincere. Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt vires, easdem facultates, eandem fortunam, quae optimorum quoque consiliorum dumtaxat exitus temperat; voluntas ipsa rectum petens laudanda est, etiam si illam alius gradu velociori antecessit...

V 5 • 2

A parentibus fere vincimur [beneficiis]. Nam tam diu illos habemus, quam diu iudicamus graves et quam diu beneficia illorum non intellegimus; cum iam aetas aliquid prudentiae collegit et apparere coepit propter illa ipsa eos amari a nobis debere, propter quae non amabantur, admonitiones, severitatem et inconsultae adulescentiae diligentem custodiam, rapiuntur nobis; paucos usque ad verum fructum a liberis percipiendum perduxit aetas, ceteri filios onere senserunt.

V 7 • 4–5

Vitia non tantum, cum foris peccant, invisa sunt, sed cum in se retorquentur. Quem magis admiraberis, quani qui imperat sibi, quam qui se habet in potestate?

V 9 • 2

Beneficium res voluntaria est, at prodesse sibi necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est; quis umquam laudatus est, quod sibi ipse fuisset auxilio?

V 9 • 4

Dat nemo nisi alteri, debet nemo nisi alteri, reddit nemo nisi alteri; id intra unum non potest fieri, quod totiens duos exigit.

V 11 • 4

In beneficio et hoc est probabile, hoc suspiciendum, quod aliquis, ut alteri prodesset, utilitatis interim suae oblitus est, quod alteri dedit ablaturus sibi; hoc non facit, qui beneficium sibi dat.

V 15 • 4

...Sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est; gladio ac venenis beneficia sequimur. Ipsi patriae manus afferre et fascibus illam suis premere potentia ac dignitas est; humili se ac depresso loco putat stare, quisquis non supra rem publicam stetit...

V 17 • 3

Ingrati publice sumus; se quisque interroget: nemo non aliquem queritur ingratum. Atqui non potest fieri, ut omnes querantur, nisi querendum est de omnibus: omnes ergo ingrati sunt. Ingrati sunt tantum? Et cupidi omnes et maligni omnes et timidi omnes, illi in primis, qui videntur audaces; adice: et ambitiosi omnes sunt et impii omnes. Sed non est, quod irascaris. Ignosce illis, omnes insaniunt.

V 17 • 5–7

Quis non recusans, quis non gemens exit? Atqui hoc ingrati est non esse contentum praeterito tempore. Semper pauci dies erunt, si illos numeraveris. Cogita non esse summum bonum in tempore. Quantumcumque est, boni consules; ut prorogetur tibi dies mortis, nihil proficitur ad felicitatem, quoniam mora non fit beatior vita, sed longior. Quanto sarius est gratum adversus perceptas voluptates non aliorum annos computare, sed suos benigne aestimare et in lucro ponere!

V 22 • 1

Multi sunt, qui nec negare sciant, quod acceperunt, nec referre; qui nec tam boni sunt quam grati nec tam mali quam ingrati, segnes et tardi, lenta nomina, non mala...

V 22 • 2

Quemcumque potuero, peccare prohibebo; multo magis amicum, et ne peccet et ne in me potissimum peccet.

V 25 • 5

Moneri velle ac posse secunda virtus est.

*

Paucis animus sui rector optimus; proximi sunt, qui admoniti in viam redeunt: his non est dux detrahendus.

VI 2 • 2

...Ipsa rerum natura revocare, quod dedit, non potest. Beneficia sua interrumpit, non rescindit: qui moritur, tamen vixit; qui amisit oculos, tamen vidit. Quae ad nos pervenerunt, ne sint, effici potest, ne fuerint, non potest; pars autem beneficii et quidem certissima est, quae fuit.

VI 2 • 3

Potest eripi domus, et pecunia et mancipium et quidquid est, in quo haesit beneficii nomen; ipsum vero stabile et immotum est; nulla vis efficiet, ne hic dederit, ne ille acceperit.

VI 21 • 2

Vir bonus non potest non facere, quod facit; non enim erit bonus, nisi fecerit...

VI 23 • 5–6

Di non possunt videri nescisse, quid effecturi essent, cum omnibus alimenta protinus et auxilia providerint; nec eos per negligentiam genuere, quibus tam multa generabant. Cogitavit nos ante natura, quam fecit, nec tam leve opus sumus, ut illi potuerimus excidere. Vide, quantum nobis permiserit, quam non intra homines humani imperii condicio sit...

VI 26 • 1

Nequitia est ut extrahas mergere, evertere ut suscites, ut emittas includere; non est beneficium iniuriae finis, nec umquam id detraxisse meritum est, quod ipse, qui detraxit, intulerat.

VI 28 • 2

Nullius metus tam gratus est finis, ut non gratior sit solida et inconcussa securitas.

VI 29 • 2

Neminem tam alte secunda posuerunt, ut non illi eo magis amicus desit, quia nihil absit.

VI 31 • 10

Nihil tam magnum est, quod perire non possit, cui nascitur in perniciem, ut alia quiescant, ex ipsa magnitudine sua causa.

VI 32 • 4

Regalis ingenii mos est in praesentium contumeliam amissa laudare et his virtutem dare vera dicendi, a quibus iam audiendi periculum non est.

VI 33 • 1–3

Quaeris, quid felici praestare possis? Effice, ne felicitati suae credat, ut sciat illam multis et fidis manibus continendam. Parum in illum contuleris, si illi stultam fiduciam permansurae semper potentiae excusseris docuerisque mobilia esse, quae dedit casus, et maiore cursu fugere, quam veniunt, nec iis portionibus, quibus ad summa perventum est, retro iri, sed saepe inter maximam fortunam et ultimam nihil interesse? Nescis, quantum sit pretium amicitiae, si non intellegis multum te ei daturum, cui dederis amicum, rem non domibus tantum, sed saeculis raram, quae non aliubi magis deest, quam ubi creditur abundare.

VI 35 • 1

Male de te existimas, si inutilis es nisi afflicto, si rebus bonis supervacuum es. Quemadmodum te et in dubiis et in adversis et in laetis sapienter geris, ut dubia prudenter tractes, adversa fortiter, laeta moderate, ita in omnia utilem te exhibere amico potes.

VI 36 • 2

Gravissima infamia est medici opus quaerere; multi, quos auxerant morbos et irritaverant, ut gloria maiore sanarent, non potuerunt discutere aut cum magna miserorum vexatione vicerunt.

VII 15 • 4

Ergo quemadmodum religio deos colit, superstitio violat, ita clementiam mansuetudinemque omnes boni viri praestabunt, misericordiam autem vitabunt; est enim vitium pusilli animi ad speciem alienorum malorum succidentis. Itaque pessimo cuique familiarissima est...

II 5 • 4

Misericordia est aegritudo animi ob alienarum miseriarum speciem aut tristitia ex alienis malis contracta, quae accidere immerentibus credit; aegritudo autem in sapientem virum non cadit; serena eius mens est, nec quidquam incidere potest, quod illam obducat. Nihilque aequè hominem quam magnus animus decet; non potest autem magnus esse idem ac maestus.

II 6 • 4

Misericordia vicina est miseriae; habet enim aliquid trahitque ex ea. Imbecillos oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem et ipsi suffunduntur, tam mehercules quam morbum esse, non hilaritatem, semper arridere ridentibus et ad omnium oscitationem ipsum quoque os diducere; misericordia vitium est animorum nimis miseria paventium, quam si quis a sapiente exigit, prope est, ut lamentationem exigat et alienis funeribus gemitus.

II 7 • 3

Ignoscere autem est, quem iudices puniendum, non punire; venia debitae poenae remissio est. Clementia hoc primum praestat, ut, quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronuntiet; plenior est quam venia, honestior est.

O łagodności

I 1 • 6

Nikt nie może długo nosić maski, a ten, kto udaje, prędko wraca do swej prawdziwej natury. Lecz to, w czym tkwi prawda i co wyrasta, że tak powiem, z twardego gruntu, w miarę upływu czasu rozrasta się i staje się lepsze.

I 1 • 7

Ludzie stają się chciwi wskutek zbytniego powodzenia i nigdy nie są na tyle powściągliwi w pragnieniach, aby poprzestać na tym, co udało im się osiągnąć. Stopniowo od wielkich rzeczy wspinają się do jeszcze większych, a najzuchwalsze nadzieje żywią ci, którym się niespodziewanie poszczęściło...

I 1 • 9

Nie ma człowieka, którego tak bardzo zadowalałaby własna niewinność, aby się nie cieszył, że blisko niego znajduje się łagodna władza, wyrozumiała dla ludzkich błędów.

I 2 • 2

Nie należy jednak przebaczać wszystkim bez wyboru. Kiedy bowiem zaciera się różnica między dobrymi a złymi, powstaje zamęt i epidemia występów. Trzeba więc wykazywać umiar, który pozwoli odróżnić dusze dające się uleczyć od nieuleczalnie chorych. I nie można stosować łagodności bez różnicy i bez wyboru, ani też zupełnie jej wykluczać, gdyż przebaczenie wszystkim jest takim samym okrucieństwem, jak nieprzebaczenie nikomu. Musimy trzymać się środka. Lecz ponieważ trudno zachować tutaj pełną równowagę, więc jeśli coś ma przeważać, to niechaj przeważa ludzkość.

I 3 • 3

Dla nikogo z ludzi łagodność nie jest większą ozdobą niż dla króla lub władcy. Wielka władza wtedy bowiem przynosi zaszczyt i chwałę, jeśli jej działanie jest pożyteczne, gdyż możliwość szkodenia stanowi jedynie niszczycielską siłę. Dopiero taki władca posiada trwałą i ugruntowaną wielkość, o którym wszyscy poddani wiedzą, że zarówno jest nad nimi, jak też dla ich dobra, taki władca, który, jak codziennie tego doświadczają, gorliwie czuwa nad bezpieczeństwem każdego z osobna i wszystkich razem, taki, na którego widok nie uciekają na wszystkie strony jakby przed jakimś potworem lub krwiożerczą bestią, która wyrwała się ze swojej kryjówki, lecz na wyścigi zbiegają się do niego jakby ku jakiejś jasnej i dobroczynnej gwiazdzie. W jego obronie gotowi są rzucić się na miecze zamachowców i podłożyć swe ciała, jeśli drogę do jego ocalenia trzeba będzie zbudować po trupach ludzi...

I 5 • 1

Nawet ze zbrodniczymi obywatelami trzeba się obchodzić łagodnie, podobnie jak z chorymi częściami ciała, a jeśli kiedyś musi się upuścić im krwi, należy powstrzymać rękę, by nie zrobiła w zyle większego nacięcia niż to nieodzowne.

I 5 • 4

Do jakiegokolwiek domu łagodność zawita, czyni go szczęśliwym i spokojnym, ale w pałacu królewskim im rzadsza, tym godniejsza podziwu. Cóż bowiem bardziej niezwykłego niżeli to, że człowiek, którego gniewowi nic nie może się oprzeć, że ten, na którego zbyt okrutny wyrok zgadzają się nawet skazani na śmierć, że ten, którego nikt nie pociągnie do odpowiedzialności, ba, jeśli zbyt zapali się gniewem, nikt się nie odważy błagać – że taki człowiek sam sobie nakłada wędzidła i używa swej władzy dla lepszych i łagodniejszych celów...

I 5 • 5–6

Właściwością szlachetnej natury jest łagodność i spokój oraz wzgarda dla krzywd i zniewag. Szaleć z gniewu to cecha kobiet, a gryźć i pastwić się nad powalonymi ofiarami to cecha dzikich zwierząt, i to nawet nie tych szlachetnej rasy. Słonie i lwy przechodzą obojętnie obok tych, których pokonały. Zaciekłość to znamię nikczemnej bestii. Srogi i nieubłagany gniew nie jest godny króla, bo traci on wyższość nad człowiekiem, z którym zrównuje się gniewem...

I 5 • 6–7

Nawet człowieka potężniejszego od nas można pozbawić życia, lecz tylko słabszemu można je darować. Ocalać to znamię człowieka na wysokim stanowisku, który nigdy nie jest godzien większej czci niżeli wtedy, kiedy uda mu się osiągnąć tę samą moc, co bogowie, których dobrodziejstwu zawdzięczamy, zarówno dobrzy jak źli, swoje przyjsie na świat.

I 6 • 2–4

Czy jest jaki sędzia, którego nie można by skazać na mocy tej samej ustawy, na podstawie której prowadzi śledztwo? Czy jest jaki oskarżyciel bez winy? I nie wiem, czy jest kto mniej skłonny do okazania łaski niż ten, kto wielokrotnie sam powinien był prosić o przebaczenie. Wszyscy dopuszczamy się win, jedni ciężkich, inni lżejszych, jedni z rozmysłem, inni w afekcie lub też pod wpływem cudzej nikczemności. A niektórzy z nas nie potrafili wytrwać mężnie w dobrych zamiarach i niechętnie, wbrew swojej woli, zaprzepaścili swoją uczciwość. I nie tylko teraz popełniamy błędy, lecz będziemy je popełniać do końca swych dni. Nawet jeśli ktoś tak oczyści swą duszę, że już nic nie zdoła jej zmącić czy zwieść, osiąga jednak niewinność przez grzech.

I 7 • 2–3

Jeżeli litościwi i sprawiedliwi bogowie nie od razu grzechy możliwych karzą piorunami, to o ileż sprawiedliwiej jest, by człowiek postawiony nad innymi ludźmi sprawował swą władzę dobrotliwie i pytał sam siebie, czy widok świata jest piękniejszy i miłszy dla oczu w dni pogodne i słoneczne, czy też wtedy, gdy gromy raz po raz wstrząsają wszystkim i zewsząd migają błyskawice? Bo przecież spokojne i praworządne państwo nie inaczej wygląda niż pogodne i jaśniejące niebo. Okrutna władza jest niespokojna i pogrążona w ciemnościach, a kiedy ludzie drżą i wpadają w popłoch na każdy dźwięk, wtedy i ten, kto jest powodem tego całego zamętu, nie uniknie wstrząsów.

I 8 • 7

Okrutne postanowienia powinny ustąpić wcześniej niż ich motywy. W przeciwnym razie, podobnie jak przycięte drzewa wydają na nowo niezliczone gałęzie i jak obcina się wiele rodzajów roślin, by rosły gęściej – tak i okrutni królowie, usuwając wrogów, zwiększają ich liczbę. Rodzice bowiem i dzieci zgładzonych, a także krewni i przyjaciele, zajmują miejsce każdego z nich.

I 11 • 4

W czym leży przyczyna, że królowie spokojnie dożywają starości i przekazują berło dzieciom i wnukom, a władza tyranów jest przeklęta i krótka? Czym różni się tyran od króla (z pozoru bowiem ich położenie i władza są równe), jeśli nie tym, że tyrani są okrutni dla przyjemności, a królowie jedynie ze słusznego powodu i z konieczności?

I 12 • 1

W czynach istotna różnica między tyranem a królem, nie w nazwie...

I 12 • 5

Najbardziej niebezpieczne jest takie męstwo, które wyzwala ostateczna desperacja. Strach powinien zostawiać jakiś margines bezpieczeństwa i o wiele więcej ukazywać nadziei niż zagrożenia...

I 13 • 1–2

Dobrotliwy i spokojny władca nie zawiedzie się na swej straży przybocznej, gdyż używa jej dla wspólnego dobra, a pełen dumy żołnierz (wie bowiem, że służy powszechnemu bezpieczeństwu) chętnie znosi każdy trud broniąc ojca ojczyzny. Lecz nieuchronnie wrogo są nastawieni do okrutnego i krwiożerczego władcy nawet jego siepacze. Nikt nie może mieć wiernych i lojalnych sojuszników w tych, którymi posługuje się przy torturach niby kołem i żelaznymi kleszczami do zadawania śmierci i którym rzuca ludzi jakby dzikim zwierzętom. I żaden skazaniec nie niepokoje się ani nie dręczy tak jak on, który boi się bogów i ludzi jako świadków i mścicieli zbrodni, aż tam zaszedłszy, gdzie już nie może zmienić swego postępowania. Między innymi bowiem najgorszą klątwą okrucieństwa jest: mus upierania się przy nim i niemożność odwrotu ku lepszemu życiu. Bo zbrodnia musi zasłaniać się zbrodnią. Któż bowiem bardziej nieszczęśliwy niżeli człowiek, który już musi pozostać złym?

I 14 • 3

...Kto szybko potępia, jest o krok od tego, by znajdować w tym przyjemność. Kto nadmiernie karze, jest o krok od niesprawiedliwości.

I 17 • 1–2

Żadne stworzenie nie jest bardziej uparte, żadne nie wymaga umiejętniejszego traktowania niżeli człowiek, żadnego nie trzeba bardziej oszczędzać. Cóż głupszego od wstydu przed wywieraniem swej złości na osłach i psach kiedy się godzimy na najgorszy los człowieka pod władzą człowieka? Staramy się leczyć choroby, lecz nie gniewamy się na nie. Jednak gniew także jest chorobą – duszy. Potrzeba jej łagodnego lekarstwa i tego żeby sam lekarz jak naj-

mniej niepokoił chorego, bo zły lekarz zazwyczaj wątpi o jego wyleczeniu. Z tymi, co im dusza chorzeje, tak samo będzie musiał postępować człowiek, któremu powierzono zdrowie wszystkich ludzi, i nie będzie mu wolno wyzbywać się szybko nadziei ani zapowiadać symptomów śmierci. Powinien walczyć z występkami, stawiać im opór, jednych ganić za ich chorobę, a innych powinien zwodzić łagodną kuracją, stosując środki uśmierzające, aby ich tym lepiej i szybciej uzdrowić.

I 18 • 3

...O ileż lepiej jest nie urodzić się niżeli znaleźć się w liczbie urodzonych na nieszczęście dla wszystkich!

I 19 • 1

Nikt nie zdoła wymyślić nic bardziej zaszczytnego dla władcy niżli łagodność, jakimkolwiek by on sposobem i z jakiegokolwiek nadania był postawiony nad innymi ludźmi. Przyznajmy, oczywiście, że tym piękniejsza i tym wspanialsza będzie łagodność, im większą władzę będzie znamionować, która już nie powinna szkodzić, jeżeli ma być zgodna z prawem natury.

I 19 • 5–6

Myli się, kto sądzi, że król może być bezpieczny, tam gdzie nikt nie jest bezpieczny od króla. Gwarancją bezpieczeństwa może być tylko bezpieczeństwo wzajemne. Wcale nie trzeba budować wyniosłych zamków ani czynić niedostępną twierdzą stromych wzgórz, ani ściosywać zboczy górskich, ani otaczać się szeregiem murów i baszt. Nawet na otwartym polu łagodność stanowi ochronę dla króla. Jedynym jego niezdołanym szańcem jest miłość poddanych.

I 21 • 1

Zemsta zwykle ma na celu jedno z dwojga: albo stanowi wynagrodzenie dla pokrzywdzonego, albo na przyszłość zapewnia mu bezpieczeństwo. Pozycja władcy jest zbyt wysoka, aby potrzebował wynagrodzenia, a jego potęga zbyt oczywista, aby chciał okazywać swą moc poprzez cudze nieszczęście.

I 22 • 2–3

Moralność społeczeństwa polepsza się dzięki wstrzeźliwemu wymierzaniu kar. Tłumy grzeszników osławiają ludzi z grzechem i mniej cięży piętno, które nosi rzesza skazańców, a surowość, będąca najskuteczniejszym środkiem zaradczym, traci znaczenie wskutek swojej częstotliwości. Władca wtedy umacnia w społeczeństwie dobre obyczaje i wyplenia występki, jeśli cierpliwie je znosi, ale bez aprobaty i tak, jakby niechętnie i z największym przymusem przystępował do karania. Sama łagodność władcy każe ludziom wstydić się wykroczeń. Kara, którą naznacza łagodny sędzia, wydaje się o wiele surowsza.

I 23 • 2

W społeczeństwie, w którym rzadko stosuje się kary, uczciwość staje się sprawą powszechną ugody i dba się o nią jakby o wspólne dobro. Niech społeczeństwo uważa, że jest uczciwe, a będzie takie. Tym bardziej będzie ono kierować swój gniew przeciwko odstępcom od powszechnej rzetelności, jeśli zobaczy, że jest ich niewielu. Niebezpieczna to rzecz, wierzyć mi, wykazywać społeczeństwu, że więcej w nim ludzi złych, niżeli przypuszcza.

I 24 • 1–2

Liczne wyroki śmierci są dla władcy równie kompromitujące, jak dla lekarza liczne pogrzeby. Im bardziej pobłażliwy jest panujący, tym większy znajduje posłuch. Duch ludzki jest z natury hardy, prze ku temu co odmienne i niedostępne, i woli towarzyszyć, niż dać się prowadzić. Podobnie jak szlachetne i pełnej krwi konie łatwiej dają się kierować przy popuszczeniu cugli, tak i dobrowolna uczciwość poddaje się z własnego popędu łagodności, którą, jak sądzi ogół, warto sobie zachować. Zatem najwięcej osiąga się tą drogą.

I 25 • 1

Okrucieństwo jest złem najmniej ludzkim i niegodnym cywilizowanej duszy. Dzika to wściekłość – znajdować upodobanie we krwi i ranach i wyzbywszy się człowieczeństwa, zmieniać się w leśne zwierzę.

I 26 • 1–2

Nikczemność niedługo zachowuje się ulegle i nie przestrzega dopuszczalnej miary występków. Lecz wyobraź sobie, że okrucieństwo posiada gwarancję bezkarności: jakież byłyby jego rządy?

I 26 • 4

...Nawet wśród dzikich zwierząt podobieństwo gatunkowe stanowi zabezpieczenie, natomiast wściekłość ludzka nie zna miary nawet wobec krewnych, lecz tym bardziej zrównuje swoich i obcych, im bardziej gniew nią porusza.

II 3 • 1

Łagodność to powściągliwość ducha w korzystaniu z możliwości zemsty lub też pobłażliwość silniejszego w wymierzaniu kary słabszemu.

II 4 • 3

...Okrucieństwo [jest] skłonnością duszy do nadmiernej surowości. Łagodność odrzuca i oddala od siebie tę skłonność...

II 5 • 1

Podobnie jak religia jest hołdem dla bogów, a zabobon ich obraża, tak i ludzie szlachetni niech okazują łagodność i wyrozumiałość, lecz niech się wystrzegają litości. Litość bowiem jest wadą słabego człowieka, który załamuje się na widok cudzych nieszczęść. Dlatego jest ona najbardziej rozpowszechniona wśród ludzi najlichszych.

II 5 • 4

Litość to zgryzota duszy spowodowana widokiem cudzej niedoli lub też smutek wywołany przez cudze nieszczęścia, które uważa się za niezawinione. Lecz mędrca nie dosięga żadna zgryzota. Umysł jego jest pogodny, i nie może się zdarzyć nic, co by go zachmurzyło. I nic bardziej nie zdobi człowieka niżli wzniosłość duszy, ale nie można być zarazem wzniosłym i smutnym.

II 6 • 4

Litość jest czymś pokrewnym nędzy: coś z niej przejmuje i mieści w sobie. Powinieneś wiedzieć, że chore to oczy, które same napęniają się łzami na widok czyichś kaprawych oczu, doprawdy tak samo, jak objawem choroby, a nie wesołością, jest śmiać się zawsze, kiedy się śmieją, i ziewać, kiedy wszyscy ziewają. Litość jest wadą dusz zbyt wrażliwych na nędzę, więc jeśliby ktoś wymagał litości od mędrca, to prawie tak jakby wymagał płaczu i jęków na pogrzebach obcych ludzi.

II 7 • 3

Przebaczyć to znaczy nie karać tego, kogo według ciebie należy ukarać; łaska to zwolnienie od zasłużonej kary. Łagodność natomiast przez to jest wyższa, iż wyrokuje, że ten, kogo zaniechano karać, na nic innego nie zasługuje; jest ona czymś pełniejszym niż łaska, jest szlachetniejsza.

Epistulae morales ad Lucilium

I 1•1–2

...Si volueris attendere, maxima pars vitae elabitur male agentibus, magna nihil agentibus, tota vita aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet, qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeterit. Quidquid aetati retro est, mors tenet.

I 1 • 3

Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus tantum nostrum est. In huius rei unius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit, ex qua expellit quicumque vult. Et tanta stultitia mortaliū est, ut quae minima et, vilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi, cum impetravere, patiantur; nemo se iudicet quidquam debere, qui tempus accepit, cum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem potest reddere.

I 2 • 6

Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.

I 3 • 2–3

Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantundem credis quantum tibi, vehementer erras et non satis nosti vim verae amicitiae. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum.

*

Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. Cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audaciter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita vive, ut nihil tibi committas, nisi quod committere etiam inimico tuo possis. Sed quia interveniunt quaedam, quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaveris, facies.

I 4 • 2–3

Et hoc quidem peior res est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum, nec puerorum tantum sed infantum: illi levia, hi falsa formidant, nos utraque. Profice modo: intelleges quaedam ideo minus timenda, quia multum metus afferunt. Nullum malum est magnum, quod extremum est. Mors ad te venit: timenda erat, si tecum esse posset; sed necesse est aut non perveniat, aut transeat.

I 4 • 4–6

Nulli potest segura vita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat. Hoc cotidie meditare, ut possis aequo animo vitam relinquere, quam multi sic complectuntur et tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur, spinas et aspera. Plerique inter mortis metum et vitae tormenta miseri fluctuantur et vivere nolunt, mori nesciunt.

Fac itaque tibi iucundam vitam omnem pro illa sollicitudinem deponendo. Nullum bonum adiuvat habentem, nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus; nullius autem rei facilius amissio est, quam quae desiderari amaris non potest.

I 6 • 4

Nec me ulla res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam. Nullius boni sine socio iucunda possessio est.

I 6 • 5

In rem praesentem venias oportet, primum, quia homines amplius oculis quam auribus credunt; deinde, quia longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla.

I 7 • 8

...Neve similis malis fias, quia multi sunt, neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipsum, quantum potes. Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte, quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, et homines, dum docent, discunt.

I 8 • 3–4

...Vitate, quaecumque vulgo placent, quae casus attribuit. Ad omne forruitum bonum suspiciosi pavidique subsistite: et fera et piscis spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortunae putatis? Insidiae sunt. Quisquis vestrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest, ista viscata beneficia devitet, in quibus hoc quoque miserrimi fallimur: habere nos putamus, haeremus. In praecipitia cursus iste deducit. Huius eminentis vitae exitus cadere est.

I 8 • 5

...Scitote tam bene hominem culmo quam auro tegi. Contemnite omnia, quae supervacuum labor velut ornamentum ac decus ponit. Cogitate nihil praeter animum esse mirabile, cui magno nihil magnum est.

I 9 • 8–10

Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat. Quemadmodum coepit, sic desinet: paravit amicum adversum vincula laturum opem: cum primum crepuerit catena, discedet. Hae sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat: qui utilitatis causa assumptus est, tam diu placebit, quam diu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedet: circa eversos solitudo est, et inde amici fugiunt, ubi probantur. Hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necesse est initia inter se et exitus congruant. Qui amicus esse coepit, quia expedit, et desinet, quia expedit. Placebit aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam. In quid amicum paro? Ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exilium sequar, cuius me morti et opponam et impendam...

I 9 • 12

Detrahit amicitiae maiestatem suam, qui illam parat ad bonos casus.

I 10 • 5

...Sic vive cum hominibus, tamquam deus videat; sic loquere cum deo, tamquam homines audiant.

I 12 • 4–5

Gratissima; sunt poma, cum fugiunt; pueritiae maximus in exitu decor est; deditos vino potio extrema delectat, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit. Quod in se iucundissimum omnis voluptas habet, in finem sui differt. Iucundissima est aetas devexa iam, non tamen praeceps. Et illam quoque in extrema tegula stantem iudico habere suas voluptates. Aut hoc ipsum succedit in locum voluptatum, nullis egere. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse!

I 12 • 6

...Nemo tam senex est, ut improbe unum diem speret. Unus autem dies gradus vitae est.

I 12 • 9

Crastinum si adiecerit deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat. Quisquis dixit: „vixi”, cotidie ad lucrum surgit.

II 13 • 12–13

Nihil tam certum est ex his, quae rimentur, ut non certius sit et formidata subsidere et sperata decipere. Ergo spem ac metum examina, et quotiens incerta erunt omnia, tibi fave: crede quod mavis. Si plures habet sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina et perturbare te desine, ac subinde hoc in animo volve, maiorem partem mortalium, cum illi nec sit quidquam mali, nec pro certo futurum sit, aestuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi, cum coepit impelli, nec timorem suum redigit ad verum.

II 14 • 1–4

Multis enim serviet, qui corpori servit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Sic gerere nos debemus, non tamquam propter corpus vivere debeamus, sed tamquam non possimus sine corpore. Huius nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliis obicit. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est. Agatur eius diligentissime cura, ita tamen, ut cum exiget ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum in ignes sit. Nihilominus, quantum possumus, evitemus incommoda quoque, non tantum pericula, et in tutum nos reducamus excogitantes subinde, quibus possint timenda depelli. Quorum tria, nisi fallor, genera sunt: timetur inopia, timentur morbi, timentur quae per vim potentioris eveniunt. Ex his omnibus nihil nos magis concutit, quam quod ex aliena potentia impendet.

II 14 • 11

Numquam in tantum convalescet nequitia, numquam sic contra virtutes coniurabitur, ut non philosophiae nomen venerabile et sacrum maneat. Ceterum philosophia ipsa tranquille modesteque tractanda est.

II 14 • 18

Qui eget divitiis, timet pro illis. Nemo autem sollicito bono fruitur: adicere illis aliquid studet. Dum de incremento cogitat, oblitus est usus. Rationes accipit, forum conterit, calendarium versat: fit ex domino procurator.

II 15 • 5

Quidquid facies, cito redi a corpore ad animum; illum noctibus ac diebus exerce. Labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non aestus impedit, ne senectus quidem. Id bonum cura, quod vetustate fit melius.

II 16 • 1

...Plus operis est in eo, ut proposita custodias quam ut honesta proponas. Perseverandum est et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit quod bona voluntas est.

II 16 • 3

Non est philosophia populare artificium nec ostentationi paratum. Non in verbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, ut cum aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur otio nausia: animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum et per ancipitia fluctuantium derigit cursum. Sine hac nemo intrepide potest vivere, nemo secure: innumerabilia accidunt singulis horis, quae consilium exigant, quod ab hac petendum est.

II 16 • 9

Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia ubi desinant, non habent. Nullus enim terminus falso est. Viam eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe ergo te a vanis, et cum voles scire, quod petes, utrum naturalem habeat an caecam cupiditatem, considera, num possit alicubi consistere: si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse.

II 17 • 12

Quemadmodum nihil refert, utrum aegrum in ligneo lecto an in aureo colloces: quocumque illum transtuleris, morbum secum suum transferet: sic nihil refert, utrum aeger animus in divitiis an in paupertate ponatur. Malum illum suum sequitur.

II 18 • 6

In ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet et contra iniurias fortunae inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit, sine ullo hoste vallum iacit et supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas.

II 18 • 8

...Ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius divites erimus, si scierimus, quam non sit grave pauperes esse.

II 18 • 13

Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit. Quarum possessionem tibi non inrerdico, sed efficere volo, ut illas intrepide possideas: quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi, si illas tamquam exituras semper aspexeris.

II 19 • 11–12

Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos amicos, cum quidam, quo plus debent, magis oderint: leve aes alienum debitorem facit, grave inimicum.

II 20 • 2

...Facere docet philosophia, non dicere, et hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat, ne orationi vita dissentiat... Maximum hoc est et officium sapientiae et iudicium, ut verbis opera concordent, ut ipse ubique par sibi idemque sit.

II 20 • 6

Nesciunt ergo homines, quid velint, nisi illo momento, quo volunt: in totum nulli velle aut nolle decretum est. Variatur cotidie iudicium et in contrarium vertitur ac plerisque agitur vita per lusum.

II 20 • 8

Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota deo remissurus, ut contentus sis temet ipso et ex te nascentibus bonis. Quae potest esse felicitas propior? Redige te ad parva, ex quibus cadere non possis...

II 20 • 13

Quisquis exit in lucem, iussus est lacte et panno esse contentus: ab his initiis nos regna non capiunt.

II 21 • 6

Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac partes alienae potentiae fuerunt, horum gratia vigit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt; post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habetur, sed quidquid illorum memoriae adhaesit, excipitur.

II 21 • 11

Venter praecepta non audit; poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur, si modo das illi, quod debes, non quod potes.

II 22 • 16–17

Percepit sapientiam, si quis tam securus morietur quam nascitur: nunc vero trepidamus, cum periculum accessit, non animus nobis, non color constat, lacrimae nihil profuturae cadunt. Quid est turpius quam in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa autem haec est,

quod inanes omnium bonorum sumus, vitae iactura laboramus. Non enim apud nos pars eius ulla subsedit: transmissa est et effluxit. Nemo quam bene vivat, sed quam diu, curat, cum omnibus possit contingere, ut bene vivant, ut diu, nulli.

III 23 • 2

Ad summa pervenit, qui scit, quo gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non possit; sollicitus est et incertus sui, quem spes aliqua proritat, licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet numquam illum sperata deceperint.

III 23 • 8

Pauci sunt, qui consilio se suaque disponant. Ceteri eorum more, quae fluminibus innatant, non eunt, sed feruntur. Ex quibus alia lenior unda detinuit ac mollius vexit, alia vehementior rapuit, alia proxima ripae cursu languesciente deposuit, alia torrens impetus in mare eiecit. Ideo constituendum est, quid velimus, et in eo perseverandum.

III 23 • 10–11

Id agendum est, ut satis vixerimus. Nemo hoc putat, qui orditur cum maxime vitam. Non est quod existimes paucos esse hos: propemodum omnes sunt. Quidam vero tunc incipiunt, cum desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam quod magis admireris: quidam ante vivere desierunt quam inciperent.

III 24 • 11–14

...Adeo mors timenda non est, ut beneficio eius nihil timendum sit. Securus itaque inimici minas audi. Et quamvis conscientia tibi tua fiduciam faciat, tamen quia multa extra causam valent, et quod aequissimum est, spera et ad id te, quod est iniquissimum, compara. Illud autem ante omnia memento, demere rebus tumultum ac videre, quid in quaqua re sit. Scies nihil esse in istis terribile nisi ipsum timorem. Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque masculis pueris evenit: illi, quos amant, quibus assueverunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expavescunt; non hominibus tantum, sed rebus persona demenda est et reddenda facies sua.

III 24 • 18

Mors nos aut consumit aut exuit. Emissis meliora restant onere detracto, consumptis nihil restat, bona pariter malaque summota sunt.

III 24 • 20

...Cotidie morimur. Cotidie enim demitur aliqua pars vitae, et tunc quoque, cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam. Usque ad hesternum, quidquid transit temporis, perit; hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydrum non extremum stillicidium exhaurit, sed quidquid ante defluxit, sic ultima hora, qua esse desinimus, non sola mortem facit, sed sola consummat: tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.

III 24 • 24–26

Etiam cum ratio suadet finire se, non temere, nec cum procurso capiendus est impetus. Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita, sed exire. Et ante omnia ille quoque vitetur affectus, qui multos occupavit, libido moriendi. Est enim, mi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio, quae saepe generosos atque acerrimae indolis viros corripit, saepe ignavos iacentesque: illi contemnunt vitam, hi gravantur. Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas et vitae non odium sed fastidium...

III 25 • 7

Dissimilem te fieri multis oportet. Dum tibi tutum non est ad te recedere, circumspice singulos: nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse quam secum. „Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogaris in turba”: si bonus vir, si quietus, si temperans. Alioquin in turbam tibi a te recedendum est: istic malo viro propius es.

III 26 • 5–6

Nihil est, inquam, adhuc quod aut rebus aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista et fallacia pignora animi multisque involuta lenociniis: quid profecerim, morti crediturus sum. Non timide itaque componor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis de me iudicaturus sum, utrum loquar fortia an sentiam, numquid simulatio fuerit et mimus, quidquid contra fortunam iactavi verborum contumacium. Remove existimationem hominum: dubia semper est et in partem utramque dividitur. Remove studia tota vita tractata: mors de te pronuntiatura est. Ita dico: disputationes et litterata colloquia et ex praeceptis sapientium verba collecta et eruditus sermo non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax: quid egeris, tunc apparebit, cum animam ages.

III 26 • 10

„Meditare mortem”. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. Qui mori didicit, servire dedit. Supra omnem potentiam est, certa extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra? Liberum ostium habet. Una est catena, quae nos alligatos tenet, amor vitae, qui ut non est abiciendus, ita minuendus est, ut si quando res exiget, nihil nos detineat nec impediat, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere.

III 27 • 2–4

Clamo mihi ipse: „Numera annos tuos, et pudebit te eadem velle, quae volueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis diem praesta: moriantur ante te vitia. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas: non venturae tantum, sed praeteritae nocent. Quemadmodum scelera etiam, si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abit: ita improbarum voluptatum etiam post ipsas paenitentia est. Non sunt solidae, non sunt fideles: etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice. Nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi invenit. Sola virtus praestat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, nubium modo intervenit, quae infra feruntur nec umquam diem vincunt”. Quando ad hoc gaudium pervenire continget? Non quidem cessatur adhuc, sed festinetur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit.

III 28 • 4

In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis veneris quam quo, interest. Et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione vivendum est: „non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est”.

III 28 • 7

Dissentio ab his, qui in fluctus medios eunt et tumultuosam probantes vitam cotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget, et malet in pace esse quam in pugna. Non multum prodest vitia sua proiecisisse, si cum alienis rixandum est.

III 29 • 1

[Verum]... nulli enim nisi audituro dicendum est.

III 29 • 3–4

...Non est ars, quae ad effectum casu venit. Sapientia ars est: certum petat, eligat profeciores, ab is, quos desperavit, recedat, non tamen cito relinquat et in ipsa desperatione extrema remedia temptet.

III 29 • 12

Quid ergo illa laudata et omnibus praeferenda artibus rebusque philosophia praestabit? Scilicet ut malis tibi placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres, ut sine metu deorum hominumque vivas, ut aut vincas mala aut finias. Ceterum, si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor et plausus, pantomimica ornamenta, obstrepuerint, si tota civitate te feminae puerique laudaverint, quidni ego tui miserear, cum sciam, quae via ad istum favorem ferat?

IV 30 • 4

Magna res est, Lucili, haec et diu discenda, auct adventat hora illa inevitabilis, aequo animo abire. Alia genera mortis spei mixta sunt; desinit morbus, incendium exstinguitur, ruina, quos videbatur oppressura deposuit; mare, quos hauserat, eadem vi, qua sorbebat, eiecit incolumes; gladium miles ab ipsa perituri cervice revocavit: nil habet quod speret, quem senectus ducit ad mortem. Huic uni intercedi non potest. Nullo genere homines mollius moriuntur sed nec diutius.

IV 30 • 10–11

Vivere noluit, qui mori non vult: Vita enim cum exceptione mortis data est; ad hanc itur. Quam ideo timere dementis est, quia certa exspectantur, dubia metuuntur. Mors necessitatem habet aequam et invictam. Quis queri potest in ea condidone se esse, in qua nemo non est? Prima autem pars est aequitatis aequalitas.

IV 31 • 3–4

Unum bonum est, quod beatae vitae causa et firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor et in eorum numero habitus, quae neque bona

sunt neque mala. Fieri enim non potest, ut una ulla res modo mala sit, modo bona, modo levis et perferenda, modo expavescenda. Labor bonum non est. Quid ergo est bonum? Laboris contemptio.

IV 31 • 5–6

Quid votis opus est? Fac te ipse felicem. Facies autem, si intellexeris bona esse, quibus admixta virtus est, turpia, quibus malitia coniuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum, nisi quod tenebras habet aut aliquid in se traxit obscuri, quemadmodum sine adiutorio ignis nihil calidum est, nihil sine aere frigidum: ita honesta et turpia virtutis ac malitiae societas efficit. Quid ergo est bonum? Rerum scientia. Quid malum est? Rerum imperitia.

IV 31 • 10

...Nemo novit deum, multi de illo male existimant, et impune.

IV 32 • 2

Multum autem nocet etiam qui moratur, utique in tanta brevitate vitae, quam breviorē inconstantia facimus aliud eius subinde atque aliud facientes initium. Diducimus illam in particulas ac lancinamus.

IV 32 • 3–4

...Perduc te in tutum et subinde considera, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem, nihil sibi, in possessione beatæ vitæ positum, quæ beatior non fit, si longior. O quando illud videbis tempus, quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusque eris et crastini negligens ut in summa tui satietate! Vis scire, quid sit, quod faciat homines avidos futuri? Nemo sibi conrigit.

IV 32 • 5

Ille demum necessitates supergressus est et exauctoratus ac liber, qui vivit vita peracta.

IV 33 • 8

Aliud autem est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoriae custodire. At contra scire est et sua facere quæque nec ad exemplar pendere et totiens respicere ad magistrum.

IV 33 • 11

Patet omnibus veritas, nondum est occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est.

IV 36 • 4

Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementarius senex: iuveni parandum, seni utendum est.

IV 36 • 9–10

Mors nullum habet incommodum. Esse enim debet aliquid, cuius sit incommodum. Quod si tanta cupiditas te longioris aevi tenet, cogita nihil eorum, quae ab oculis abeunt et in rerum naturam, ex qua prodierunt ac mox processura sunt, reconduntur, consumi: desinunt ista, non pereunt et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit: veniet ite-
nun, qui nos in lucern reponat dies, quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret.

IV 36 • 12

...Hoc unum adiecero, nec infantes [nec] pueros nec mente lapsos timere mortem et esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non praestat, ad quam stultitia perducit.

IV 37 • 2

Recto tibi invictoque moriendum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucrificare? Sine missione nascimur.

IV 39 • 2–6

Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida: magnanun rerum species ad se vocat et extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior et actuosior, quo vehementior fuerit. Sed felix, qui ad meliora hunc impetum dedit: ponet se extra ius dicionemque fortunae. Secunda temperabit, adversa comminuet et aliis admiranda despiciet. Magni animi est magna contemnere ac mediocria malle quam nimia. Illa enim utilia vitaliaque sunt. At haec eo, quod superfluunt, nocent: sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami nimio onere franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animis quoque evenit, quos immoderata felicitas rumpit qua non tantum in aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur. Qui hostis in quemquam tam contumeliosus fuit quam in quosdam voluptates suae sunt? Quorum impotentiae atque insanae libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod quae fecere patiuntur. Nec immerito hic illos furor vexat. Necesse est enim in immensum exeat cupiditas, quae naturalem modum transilit. Ille enim habet suum finem, inania et exlibidine orta sine termino sunt. Necessaria meretur utilitas: supervacua quo redigis? Voluptatibus itaque se mergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non possunt et ob hoc miserrimi sunt, quod eo pervenerunt, ut illis quae supervacua fuerant, facta sint necessaria. Serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur, et mala sua, quod malorum ultimum est, et amant. Tunc autem est consummata infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent, et desinit esse remedio locus, ubi quae fuerant vitia, mores sunt.

V 42 • 1

Nec est mirum ex intervallo magna generari: mediocria et in turbam nascentia saepe fortuna producit, eximia vero ipsa raritate commendat.

V 42 • 3

Multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia, non minus ausura, cum illis vires suae placuerint, quae illa, quae iam felicitas aperuit.

V 42 • 6

Hoc itaque in his, quae affectamus, ad quae labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis commodi esse aut plus incommodi. Quaedam supervacua sunt, quaedam tanti non sunt. Sed hoc non pervidemus, et gratuita nobis videntur, quae carissime constant.

V 43 • 2

Quidquid inter vicina eminent, magnum est illic, ubi eminent. Nam magnitudo non habet modum certum: comparatio illam aut tollit aut deprimat. Navis, quae in flumine magna est, in mari parvula est.

V 43 • 5

Si honesta sunt quae facis, omnes sciant, si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem!

V 44 • 5

Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit nec quod ante nos fuit, nostrum est: animus facit nobilem, cui ex quacumque condicione supra fortunam licet surgere.

V 44 • 7

Quid est ergo, in quo erratur, cum omnes beatam vitam optent? Quod instrumenta eius pro ipsa habent et illam, dum petunt, fugiunt. Nam cum summa vitae beatae sit solida securitas et eius inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas et per insidiosum iter vitae non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt: ita longius ab effectu eius, quod petunt, semper abscedunt et quo plus operae impenderunt, hoc se magis impediunt et feruntur retro. Quod evenit in labyrintho properantibus: ipsa illos velocitas implicat.

V 45 • 5

Nectimus nodos et ambiguam significationem verbis illigamus ac deinde dissolvimus: tan-nun nobis vacat? Iam vivere, iam mori scimus? Tota illo mente pergendum est, ubi provideri debet, ne res nos, non verba decipiant.

V 45 • 12–13

Recognosce singulos, considera imiversos: nullius non vita spectat in crastinum. Quid in hoc sit mali, quaeris? Infinitum. Non enim vivunt, sed victuri sunt. Omnia differunt. Etiam si attenderemus, tamen nos vita praecurreret: nunc vero cunctames quasi aliena transcurrit et ultimo die finitur, omni perit.

V 47 • 11

...Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere.

V 47 • 21

Hoc habent inter cetera boni mores: placent sibi, permanent. Levis est malitia, saepe mutatur, non in melius, sed in aliud.

V 48 • 2–3

Nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Haec societas diligenter et sancte observata, quae nos homines hominibus miscet et iudicat aliquod esse commune ius generis humani, plurimum ad ...interiorem societatem amicitiae colendam proficit. Omnia enim cum amico communia habebit, qui multa cum homine.

V 48 • 12

Aperta decent et simplicia bonitatem. Etiam si multum superesset aetatis, parce dispensandum erat, ut sufficeret necessariis: nunc quae dementia est supervacua discere in tania temporis egestate?

V 49 • 2–3

Infinita est velocitas temporis, quae magis apparet respicientibus. Nam ad praesentia intentos fallit: adeo praecipitis fugae transitus lenis est. Causam huius rei quaeris? Quidquid temporis transit, eodem loco est: pariter aspicitur, una iacet. Omnia in idem profundum cadunt. Et alioqui non possunt longa intervalla esse in ea re, quae tota brevis est. Punctum est quod vivimus et adhuc puncto minus. Sed et hoc minimum specie quadam longioris spatii natura derisit: aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adolescentiam, aliud inclinationem quandam ab adolescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam angusto quodam quot gradus posuit!

V 49 • 9–10

Mors me sequitur, fugit vita: adversus haec me doce aliquid. Effice, ut ego mortem non fugiam, vita me non effugiat. Exhortare adversus difficilia, adde aequanimitatem adversus inevitabilia. Angustias temporis mei laxa. Doce non esse positum bonum vitae in spatio eius, sed in usu, posse fieri, immo saepissime fieri, ut qui diu vixit, parum vixerit.

V 50 • 4

Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare nescimus. Si curari coeperimus, quando tot morborum tantas vires discutiemus? Nunc vero ne quaerimus quidem medicum, qui minus negotii haberet, si adhiberetur ad recens vitium. Sequerentur teneri et rudes animi recta monstrantem. Nemo difficulter ad naturam reducitur, nisi qui ab illa defecit.

V 50 • 6

Nihil est, quod non expugner pertinax opera et intenta ac diligens cura.

V 50 • 7–9

Virtutes discere, vitia dediscere est. Eo maiore animo ad emendationem nostri debemus accedere, quod semel traditi nobis boni perpetua possessio est; non dediscitur virtus. Contraria enim male in alieno haerent, ideo depelli et exturbari possunt; fideliter sedent, quae in locum suum veniunt. Virtus secundum naturam est, vitia inimica et infesta sunt. Sed quemadmodum virtutes receptae exire non possunt facilisque earum tutela est, ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc proprium imbecillae mentis atque aegrae est, formidare inexperta. Itaque cogenda est, ut incipiat: deinde non est acerba medicina. Protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem voluptas est, philosophia pariter et salutaris, et dulcis est.

V 51 • 8–9

Fortuna mecum bellum gerit: non sum imperata facturus. Iugum non recipio, immo, quod maiore virtute faciendum est, excutio. Non est emolliendus; animus: si voluptari cessero, cedendum est dolori, cedendum est labori, cedendum est paupertati; idem sibi in me iuris esse volet et ambitio et ira: inter tot affectus distrahar, immo discerpar. Libertas proposita est; ad hoc praemium laboratur. Quae sit libertas, quaeris? Nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in aequum deducere. Quo die illa me intellexero plus posse, nil poterit. Ego illam feram, cum in manu mors sit?

VI 54 • 4–5

Mors est non esse. Id quale sit, iam scio. Hoc erit post me, quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et fuisse, antequam prodiremus in lucem; atqui nullam sensimus tunc vexationem. Rogo, non stultissimum dicas, si quis existimet lucernae peius esse, cum exstincta est, quam antequam accenditur? Nos quoque et exstinguimur et accendimur: medio illo tempore aliquid patimur, utrimque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, cum illa et praecesserit et secutura sit. Quidquid ante nos fuit, mors est. Quid enim refert, non incipias an desinas, cum utriusque rei hic sit effectus, non esse?

VI 55 • 5

Nam qui res et homines fugit, quem cupiditatum suarum infelicitas relegavit, qui alios feliciores videre non potuit, qui velut timidum atque iners animal metu oblituit, ille sibi non vivit, sed, quod est turpissimum, ventri, somno, libidini: non continuo sibi vivit, qui nemini. Adeo tamen magna res est constantia et in proposito suo perseverantia, ut habeat auctoritatem inertia quoque pertinax.

VI 55 • 8

Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est, qui sibi commendet omnia.

VI 58 • 22–23

Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit iuvenis; nemo nostrum est idem mane, qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quidquid vides, currit cum tempore. Nihil ex iis, quae videmus, manet. Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est, quod ait Heraciltus: „In idem flumen bis descendimus et non descendimus”.

VI 58 • 36

Imbecillus est et ignavus, qui propter dolorem moritur, stultus, qui doloris causa vivit.

VI 59 • 2

...Gaudio... iunctum est non desinere, nec in contrarium verti.

VI 59 • 8–11

Sapiens autem ad omnem incursum munitus, intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus et contra illa ibit et inter illa. Nos multa alligant, multa debilitant. Diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti. Ne ab alia imagine ad aliam transeamus, hoc quaeram, quod saepe mecum dispicio: quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat? Primo quia non fortiter illam repellimus, nec toto ad salutem impetu nitimur, deinde quia illa, quae a sapientibus viris reperta sunt, non satis credimus, nec apertis pectoribus haurimus leviterque tam magnae rei insistimus. Quemadmodum autem potest aliquis, quantum satis sit, adversus vitia discere, qui quantum a vitiis vacat, discit? Nemo nostrum in altum descendit. Summa tantum decerpsimus et exiguum temporis impendisse philosophiae satis abundeque occuparis fuit. Illud praecipue impedit, quod cito nobis placemus: si invenimus, qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui sanctos, agnoscimus. Non sumus modica laudatione contenti: quidquid in nos adulatio sine pudore congescit, tamquam debitum prendimus. Optimos nos esse, sapientissimos affinnantibus assentimur, cum sciamus illos saepe multa mentiri. Adeoque indulgemus nobis, ut laudari velimus in id, cui contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit, in rapinis liberalissimum, [et] in ebrietaribus ac libidinibus temperantissimum. Sequitur itaque, ut ideo mutari nolimus, quia nos optimos esse credimus.

VI 59 • 16–17

Talis est sapientis animus, qualis mundi super lunam: semper illic serenum est. Habes ergo et quare velis sapiens esse, si numquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientia. Non potest gaudere, nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans. „Quid ergo?” – inquis. – „Stulti ac mali non gaudent?” Non magis quam praedam nacti leones.

VI 60 • 1–3

O quam inimica nobis sunt vota nostrorum! Eo quidem inimiciora quo cessere felicius. Iam non admiror, si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter execrationes parentum crevimus. Exaudiant di nostram quoque pro nobis vocem gratuitam. Quousque poscemus aliquid deos ita quasi nondum ipsi alere non possimus? Quamdiu sationibus implebimus magnarum urbium campos? Quamdiu nobis populus meter? Quamdiu unius mensae instrumentum multa navigia et quidem non ex uno mari subvehent? Taurus paucissimorum iugerum pascuo impletur; una silva elephantis pluribus sufficit: homo et terra et mari pascitur. Quid ergo? Tam insatiabilem nobis natura alvum dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumque animalium aviditatem vinceremus? Minime. Quantum est enim, quod nature datur? Parvo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio.

VI 60 • 4

...Vetri oboedientes animalium loco numeremus, non hominum, quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum. Vivit is, qui multis usui est, vivit is, qui se utitur; qui vero latitant et torpent, sic in domo sunt, quo modo in conditivo. Horum licet in limine ipso nomen marmoris inscribas, mortem suam antecesserunt.

VI 61 • 1

Desinamus, quod volumus, velle. Ego certe id ago, senex <ne> eadem velim, quae puer volui. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, haec cogitatio: imponere veteribus malis finem. Id ago, ut mihi instar totius vitae dies sit. Nec mehercules tamquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tamquam esse vel ultimus possit.

VI 61 • 2

Ante senectutem curavi, ut bene viverem, in senectute, ut bene moriar: bene autem mori est libenter mori.

VI 61 • 3–4

Non qui iussus aliquid facit, miser est, sed qui invitus facit. Itaque sic animum componamus, ut quidquid res exiget, id velimus et in primis ut finem nostri sine tristitia cogitemus. Ante ad mortem quam ad vitam praeparandi sumus. Satis instructa vita est, sed nos in instrumenta eius avidi sumus: deesse aliquid nobis videtur et semper videbitur. Ut satis vixerimus, nec anni nec dies faciunt, sed animus.

VI 62 • 1–2

Mentiuntur, qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negotiorum videri volunt: simulant occupationes et augent et ipsi se occupant. Vaco, Lucili, vaco et ubicumque sum, ibi meus sum. Rebus enim me non trado, sed commodo, nec consector perdendi temporis causas. Et quocumque constiti loco, ibi cogitationes meas tracto et aliquid in animo salutare converso. Cum me amicis dedi, non tamen mihi abduco nec cum illis moror, quibus me tempus aliquod congregavit aut causa ex officio nata civi, sed cum optimo quoque sum: ad illos, in quocumque loco, in quocumque saeculo fuerunt, animum meum mitto.

VII 63 • 2

Per lacrimas argumenta desiderii quaerimus et dolorem non sequimur, sed ostendimus. Nemo tristis sibi est: o infelicem stultitiam! Est aliqua et doloris ambitio.

VII 63 • 12

Satius est amicum reparare quam flere.

*

...Finem dolendi etiam qui consilio non fecerat, tempore invenit. Turpissimum autem est in homine prudente remedium maeroris lassitudo maerendi.

VII 65 • 16–18

...Corpus hoc animi pondus ac poena est: premente illo urgetur, in vinclis est, nisi accessit philosophia et illum respirare rerum naturae spectaculo iussit et a terrenis ad divina dimisit. Haec libertas eius est, haec evagatio: subducit interim se custodiae, in qua tenetur, et caelo reficitur. Quemadmodum artifices [ex] alicuius rei subtilioris, quae intentione oculos defatigat, si malignum habent et precarium lumen, in publicum prodeunt et in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant: sic animus in hoc tristi et obscuro domicilio ciusus, quotiens potest, apertum petit et in rerum naturae contemplatione requiescit. Sapiens assectatorque sapientiae adhaeret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest et cogitationes suas ad sublimia intendit.

VII 65 • 21–22

Maior sum et ad maiora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis, quod equidem non aliter aspicio quam vinclum aliquod libertati meae circumdatum. Hoc itaque oppono fortunae, in quo resistat, nec per illud ad me ullum transire vulnus sino. Quidquid in me potest iniuriam pali, hoc est. In hoc obnoxio domicilio animus liber habitat. Numquam me caro ista compellet ad metum, numquam ad indignam bono simulationem; numquam in honorem huius corpusculi mentiar. Cum visum erit, distraham cum illo societatem. Et nunc tamen, dum haeremus, non erimus aequis partibus socii: animus ad se omne ius ducet. Contemptus corporis sui certa libertas est.

VII 65 • 23–24

Potentius autem est ac pretiosius, quod facit, quod est deus, quam materia patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus.

VII 66 • 8–9

...Nihil invenies rectius recto, non magis quam verius vero, quam temperato temperatius. Omnis in modo est virtus. Modo certa mensura est: constantia non habet, quo procedat, non magis quam fiducia aut veritas, aut fides. Quid accedere perfecto potest? Nihil, aut perfectum non erat, cui accessit: ergo ne virtuti quidem, cui si quid adici potest, defuit.

VII 66 • 12

Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, implentur. Itaque illis in tam incerta sorte inaequalitas est: divinorum una natura est. Ratio autem nihil aliud est quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa. Si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne divinum est.

VII 66 • 19–20

...Plurimum interesse inter gaudium et dolorem; si quaeratur electio, alterum petam, alterum vitabo. Illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic aestimatur, magno inter se dissident spatio: cum ad virtutem ventum est, utraque par est et quae per laeta procedit et quae per tristia. Nullum habet momentum vexatio et dolor et quidquid aliud incommodi est. Virtute enim obruitur. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, iniurias virtus magnitudine sua elidit atque opprimit et quocumque affulsit, ibi quidquid sine illa apparet, exstinguitur: nec magis ullam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderunt, quam in mari nimbus.

VII 66 • 26

Nemo enim patriam quia magna est amat, sed quia sua.

VII 66 • 35–36

...Rado ergo arbitra est bonorum ac malorum: aliena et externa pro vilibus habet et ea, quae neque bona sunt neque mala, accessiones minimas ac levissimas iudicat. Omne enim illi bonum in animo est. Ceterum bona quaedam prima existimat, ad quae ex proposito venit, tamquam victoriam, bonos liberos, salutem patriae. Quaedam secunda, quae non apparent nisi in rebus adversis, tamquam aequo animo pati morbum magnum, exilium. Quaedam media, quae nihilo magis secundum naturam sunt quam contra naturam, tamquam prudenter ambulare, composire sedere.

VII 66 • 41

Illa enim, quae fortuita sunt, plurimum discriminis recipiunt. Aestimantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est consentire naturae.

VII 66 • 43

Aliquorum melior dici, aliquorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est. Per quae desinunt, diversa sunt in [id] quod desinunt, unum est. Mors nulla maior aut minor est: habet enim eundem in omnibus modum, finisse vitam.

VII 67 • 10

Cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus utitur. Fortasse una in promptu sit et maxime appareat patientia. Ceterum illic est fortitudo, cuius patientia et perpersio et tolerantia rami sunt. Illic est prudentia, sine qua nullum initur consilium, quae suadet, quod effugere non possis, quam fortissime ferre. Illic est constantia, quae deici loco non potest et propositum nulla vi extorquente dimittit. Illic est individuus ille comitatus virtutum: quidquid honeste fit, una virtus facit, sed ex consilii sententia. Quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab una fieri videtur, optabile est.

VII 69 • 4–5

Nullum sine auctoramento malum est: avaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram et plausum et ex hoc potentiam et quidquid potest potentia. Mercede te vitia sollicitant: hic tibi gratis vivendum est.

VII 69 • 6

Nemo moritur nisi sua morte. Illud praeterea tecum licet cogites: nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tempore. Nam quod relinquis, alienum est.

VIII–XIII 70 • 4–6

...Alios vita velocissime adduxit, quo veniendum erat etiam cunctantibus, alios maceravit et coxit. Quae, ut scis, non semper retinenda est. Non enim vivere bonum est, sed bene vivere. Itaque sapiens vixit, quantum debet, non quantum potest. Videbit, ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogitat semper, qualis vita, non quanta sit. Si multa occurrunt

molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se. nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi coepit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit, numquid illo die desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem an accipiat, tardius fiat an citius. Non tamquam de magno detrimento timet: nemo multum ex stillicidio potest perdere. Citius mori aut tardius ad rem non pertinet, bene mori aut male ad rem pertinet. Bene autem mori est effugere male vivendi periculum.

VIII–XIII 70 • 11–12

Non possis itaque de re in universum pronuntiare, cum mortem vis externa denuntiat, occupanda sit an exspectanda. Multa enim sunt, quae in utramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex et facilis est, quidni huic inicienda sit manus? Quemadmodum navem eligam navigaturus et domum habitaturus, sic mortem exiturus e vita. Praeterea quemadmodum non utique melior est longior vita, sic peior est utique mors longior. In nulla re magis quam in morte morem animo gerere debemus. Exeat, qua impetum cepit: sive ferrum appetit sive laqueum sive aliquam potionem venas occupantem, pergat et vincula servituris abrumpat. Vitam et aliis approbare quisque debet, mortem sibi: optima est, quae placet.

VIII–XIII 70 • 14–15

Invenies etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitae suae negent et nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri: exspectandum esse exitum, quem natura decrevit. Hoc qui dicit, non videt se libertatis viam cludere. Nil melius aeterna lex fecit, quam quod unum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos. Ego exspectem vel morbi crudelitatem vel hominis, cum possim per media exire tormenta et adversa discutere? Hoc est unum, cur de vita non possimus queri: neminem tenet. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est. Placet: vive. Non placet: licet eo reverti, unde venisti.

VIII–XIII 71 • 13–14

Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. Quaecumque supra nos vides currere, et haec, quibus immixti atque impositi sumus veluti solidissimis, carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua est: inaequalibus ista spatiis eodem natura dimittit. Quidquid est, non erit, nec peribit, sed resolvetur. Nobis solvi perire est. Proxima enim intuemur: ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori addixerit; alioqui fortius finem sui surorumque pateretur, si speraret, ut omnia illa, sic vitam mortemque per vices ire et composita dissolvi, dissoluta componi, in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei verti.

VIII–XIII 71 • 24–27

Magno animo de rebus magnis iudicandum est: alioqui videbitur illarum vitium esse, quod nostrum est. Sic quaedam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curvi prae fractique visentibus reddunt. Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert: animus noster ad vera perspicenda caligat. Da mihi adolescentem incorruptum et ingenio vegetum: dicet fortunariorem sibi videri, qui omnia rerum adversarum onera rigida cervice sustollat, qui supra fortunam existat. Non mirum est in tranquillitate non concuri: illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur, ibi stare, ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis, quae adversa appellamus, mali? Hoc, ut opinor, succidere mentem et incurvari et succumbere. Quorum nihil sapienti viro potest evenire: stat rectus sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit; nihil illi eorum, quae ferenda sunt, displicet. Nam quidquid cadere in hominem po-

test, in se cecidisse non queritur. Vires suas novir. Scit se esse oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente summoveo. Memini ex duabus illum partibus esse compositum: altera est irrationalis, haec mordetur, uritur, dolet; altera rationalis, haec inconcussas opiniones habet, intrepida est et indomita. In hac positum est summam illud hominis bonum. Antequam impleatur, incerta mentis volutario est; cum vero perfectum est, immota illa stabilitas est.

VIII–XIII 71 • 30

Sapiens quidem vincit virtute fortunam, at multi professi sapientiam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum vitium est, qui idem a sapiente exigimus et a proficiente. Suadeo adhuc mihi ista, quae laudo, nondum persuadeo. Etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem aut tam exercitata, ut ad omnes casus procurrerent.

VIII–XIII 71 • 37

Quando continget contemnere utramque fortunam, quando continget omnibus oppressis affectibus et sub arbitrium suum adductis hanc vocem emittere „vici”? Quem vicerim quaeris? Non Persas nec extrema Medorum, nec si quid ultra Dahas bellicosum iacet, sed avaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gentium vicit.

VIII–XIII 72 • 7

Dicam, quomodo intellegam sanum: si se ipso contentus est, si confidit sibi, si scit omnia vota mortalium, omnia beneficia quae dantur petunturque, nullum in beata vita habere momentum. Nam cui aliquid accedere potest, id imperfectum est. Cui aliquid abscedere potest, id imperpetuum est: cuius perpetua futura laetitia est, is suo gaudeat. Omnia autem, quibus vulgus inhiat, ultro citroque fluunt. Nihil dat fortuna mancipio. Sed haec quoque fortuita tunc delectant, cum illa ratio temperavit ac miscuit: haec est, quae etiam externa commendet, quorum avidis usus ingratus est.

VIII–XIII 73 • 15–16

Non sunt di fastidiosi, non invidi: admittunt et ascendentibus manum porrigunt. Miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines venit, immo quod est propius, in homines venit: nulla sine deo mens bona est. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt et paria iis, ex quibus orta sunt, surgunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus.

VIII–XIII 74 • 10–12

Quicumque beatus esse constituet, unum esse bonum putet, quod honestum est. Nam si ullum aliud esse existimat, primum male de providentia iudicat, quia multa incommoda iustis viris accidunt et quia, quidquid nobis dedit, breve est et exiguum, si compares mundi totius aevo. Ex hac deploratione nascitur, ut ingrati divinorum interpretes simus: querimur, quod non semper, quod et pauca nobis et incerta et abitura contingant. Inde est, quod nec vivere nec mori volumus: vitae nos odium tenet, timor mortis. Natat omne consilium nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autem est, quod non pervenimus ad illud bonum immensum et insuperabile, ubi necesse est resistat voluntas nostra, quia ultra summum non est locus. Quaeris, quare virtus nullo egeat? Praesentibus gaudet, non concupiscit absentia. Nihil non illi magnum est, quod satis.

VIII–XIII 74 • 16–19

Summum bonum in animo contineamus: obsolescit, si ab optima nostri parte ad pessimam transit et transfertur ad sensus, qui agiliores sunt animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostrae in carne ponenda: bona illa sum vera, quae ratio dat, solida ac sempiterna quae cadere non possunt, ne decrescere quidem aut minui: cetera opinione bona sunt et nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non est. Itaque commoda vocentur et, ut nostra lingua loquar, producta. Ceterum sciamus mancipia nostra esse, non partes: et sint apud nos, sed ita, ut meminerimus extra nos esse. Etiam si apud nos sint, inter subiecta et humilia numerentur propter quae nemo se attollere debeat. Quid enim stultius quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? Omnia ista nobis accedant, non haereant, ut si abducentur, sine ulla nostri laceratione discedant. Utamur illis, non gloriemur, et utamur parce tamquam depositis apud nos et abituris. Quisquis illa sine ratione possedit, non diu tenuit. Ipsa enim se felicitas, nisi temperatur, premit. Si fugacissimis bonis credidit, cito deseritur et, ut non deseratur, affligitur. Paucis deponere felicitatem molliter licuit. Ceteri cum iis, inter quae eminuere, labuntur et illos degravant ipsa, quae extulerant.

VIII–XIII 74 • 34

Et quae praeterierunt et quae futura sunt, absunt. Neutra sentimus. Non est autem nisi ex eo, quod sentias, dolor.

VIII–XIII 75 • 18

Exspectant nos, si ex hac aliquando faece in illud evadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas. Quaeris, quae sit ista? Non homines timere, non deos. Nec turpia velle nec nimia; in se ipsum habere maximam potestatem: inaestimabile bonum est suum fieri.

VIII–XIII 76 • 3

Tamdiu discendum est, quamdiu nescias: si proverbio credimus, quamdiu vivas.

VIII–XIII 77 • 4

Iter imperfectum erit, si in media parte aut citra petatum locum steteris; vita non est imperfecta, si honesta est. Ubi cumque desines, si bene desines, tota est. Saepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis.

VIII–XIII 78 • 13

Noli mala tua facere tibi ipse graviora et te querellis onerare.

*

Tam miser est quisque quam credidit.

VIII–XIII 79 • 13

Gloria umbra virtutis est: etiam invitam comitabitur. Sed quemadmodum umbra aliquando antecedit, aliquando sequitur vel a tergo est, ita gloria aliquando ante nos est visendamque se praebet, aliquando in averso est maiorque quo serior, ubi invidia secessit.

VIII–XIII 79 • 18

...Veritas in omnem partem sui eadem est. Quae decipiunt, nihil habent solidi. Tenue est mendacium: periucet, si diligenter inspexeris.

VIII–XIII 80 • 10

Si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus te ipse considera: nunc qualis sis, aliis credis.

VIII–XIII 81 • 2

Cito inertio otio vita torpebit, si relinquendum est, quidquid offendit...

VIII–XIII 81 • 14

Saepe quod datur, exiguum est, quod sequitur ex eo, magnum.

VIII–XIII 82 • 4–5

Quaecumque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt, quae circumeunt nos, quo aut fallant aut urgeant, multa intus, quae in media solitudine exaestuant. Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transit. In insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit, et arce se sua vindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus, forrima longas manus: neminem occupat, nisi haerentem sibi.

VIII–XIII 83 • 20–21

Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit. Tunc libidinosus ne cubiculum quidem exspectat, sed cupiditaribus suis quantum pederunt sine dilatione permittit. Tunc impudicus morbum profitetur ac publicat. Tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido. Omne vitiuni laxatur et prodit. Adice illam ignorationem sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capiris, tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta, cum effervescit merum ac viscera ipsa distendit.

VIII–XIII 83 • 22

Cogita, quas clades ediderit publica ebrietas: haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit, haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit, haec contumacissimos et iugum recusantes in alienum egit arbitrium, haec invictos acie mero domuit.

VIII–XIII 84 • 13

Quaecumque videntur eminere in rebus humanis, quamvis pusilla sint et comparatione humillimorum extent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis via est: at si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna summisit, omnia quidem sub te, quae pro excelsissimis habentur, aspicias, sed tamen venies ad summa per planum.

VIII–XIII 85 • 28

Quaeris quid sit malum? Cedere iis, quae mala vocantur, et illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patienda sunt.

*

Diligentissima in tutela sui fortitudo est et eadem patientissima eorum, quibus falsa species malorum est.

VIII–XIII 87 • 23–26

Quam multi furto non erubescunt, quam multi adulterio glorientur! Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adice nunc, quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit et recte factum vocabitur, nostra enim actio est. Quod nullius mortalium cogitatio recipit. Ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum est, quia multum mali affert, si remiseris illi supplicia, si securitatem sponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad camificem aut carcerem differs: statim puniuntur, cum facta sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. Ad semen nata respondent, bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum. Nam idem est honestum et bonum.

VIII–XIII 87 • 32

Bona autem omnia carere culpa decet: pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant. Extollunt quidem et dilatant, sed sine tumore. Quae bona sunt, fiduciam faciunt, divitiae audaciam. Quae bona sunt, magnitudinem animi dant, divitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa.

VIII–XIII 88 • 1–2

De liberalibus studiis quid sentiam, scire desideras: nullum suspicio, nullum in bonis numero, quod ad aes exit. Meritoria artificia sunt, hactenus utilia, si praeparent ingenium, non detinent. Tamdiu enim istis immorandum est, quamdiu nihil animus agere maius potest: rudimenta sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sint, vides: quia homine libero digna sunt. Ceterum unum studium vere liberale est, quod liberum facit. Hoc est sapientiae, sublime, forte, magnanimum. Cetera pusilla et puerilia sunt...

VIII–XIII 88 • 28–29

Una re consummatur animus, scientia bonorum ac malorum immutabili...

*

...Fortitudo contemptrix timendorum est; terribilia et sub iugum libertatem nostram mittentia despicit, provocat, frangit...

VIII–XIII 88 • 46

Quid ergo nos sumus? Quid ista, quae nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facile dixerim, utris magis irascar, illis, qui nos nihil scire voluerunt, an illis, qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire.

XIV 89 • 4

Sapientia perfectum bonum est mentis humanae. Philosophia sapientiae amor est et affectatio. Haec eo tendit, quo illa pervenit. Philosophia unde dicta sit, apparet. Ipso enim nomine fatetur quid amet.

XIV 90 • 16

Simplici cura constant necessaria: in delicias laboratnr. Non desiderabis artifices: sequere naturam. Illa noluit esse districtos. Ad quaecumque nos cogebat, instruxit.

XIV 90 • 19

A natura luxuria descivit, quae cotidie se ipsa incitat et tot saeculis crescit et ingenio adiuvat vitia. Primo supervacua coepit concupiscere, inde contraria, novissime animum corpori addixit et illius deservire libidini iussit.

XIV 90 • 38–39

Avaritia paupertatem intulit et multa concupiscendo omnia amisit. Licet itaque nunc conetur reparare quod perdidit, licet agros agris adiciat vicinum vel pretio pellens vel iniuria, licet in provinciarum spatium rura dilatet et possessionem vocet per sua longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet unde discessimus.

XIV 91 • 3–5

Inexpectata plus aggravant: novitas adicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est, doluit. Ideo nihil nobis improvisum esse debet. In omnia praemittendus animus cogitandumque non quidquid solet, sed quidquid potest fieri. Quid enim est, quod non fortuna, cum voluit, ex florentissimo detrahat? Quod non eo magis aggrediatur et quatiat, quo speciosius fulget? Quid illi arduum quidve difficile est? Non una via semper, ne tota quidem incurrit: modo nostras in nos manus advocat, modo suis contenta viribus invenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in ipsis voluptatibus causae doloris oriuntur.

XIV 91 • 7

Nihil privatim, nihil publice stabile est; tam hominum quam urbium fatavolvuntur. Inter placidissima terror existit nihilque extra tumultuantibus causis mala, unde minime expectantur, erumpunt. Quae domesticis bellis steterant regna, quae extemis, impellente nullo ruunt. Quota quaeque felicitatem civitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia et animus adversus ea, quae possunt evenire, firmandus.

XIV 91 • 8

Tota ante oculos sortis humanae condicio ponatur, nec quantum frequenter evenit, sed quantum plurimum potest evenire, praesumamus animo, si nolumus opprimi nec illis inusitatis velut novis obstupefieri: in plenum cogitanda fortuna est.

XIV 91 • 12

Hoc unum scio: omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura vivimus.

XIV 91 • 13

Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria. Multa ceciderunt, ut altius surgerent.

XIV 91 • 15–16

Itaque formetur animus ad intellectum patientiamque sortis suae et sciat nihil inausum esse fortunae, adversus imperia illam idem habere iuris quod adversus imperantes, adversus urbes idem posse, quod adversus homines. Nihil horum indignandum est. In eum intravimus mundum, in quo his legibus vivitur. Placet: pare. Non placet: quacumque vis, exi. Indignare, si quid in te iniqui proprie constitutum est: sed si haec summos imosque necessitas alligat, in gratiam cum fato revertere, a quo omnia resolvuntur. Non est, quod nos tumultis metiaris et his monumentis, quae viam disparia praetexunt: aequat omnes cinis. Impares nascimur, pares morimur.

XIV 91 • 20–21

Quaemadmodum famam extimuitis sine causa, sic et illa, quae numquam timeretis, nisi fama iussisset. Num quid detrimenti faceret vir bonus iniquis rumoribus sparsus? Ne morti quidem hoc apud nos noceat: et haec malam olitionem habet. Nemo eorum, qui illam accusant, expertus est. Interim temeritas est damnare, quod nescias. At illud scis, quam multis utilis sit, quam multos liberet tormentis, egestate, querellis, suppliciis, taedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit.

XIV 92 • 24–25

Virtus enim tantum bonum est, ut istas accessiones minutas non sentiat, brevitatem aevi et dolorem et corporum varias offensiones. Nam voluptas non est digna, ad quam respiciat. Quid est in virtute praecipuum? Futuro non indigere, nec dies suos computare: in quantulo libet tempore bona aeterna consummat. Incredibilia nobis haec videntur et supra humanam naturam excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur et vitiis nostris nomen virtutis imponimus.

XV 93 • 8

Quaeris quod sit amplissimum vitae spatium? Usque ad sapientiam vivere. Qui ad illam pervenit, attingit non longissimum finem, sed maximum. Ille vero gloriatur audacter et dis agat gratias interque eos sibi, et rerum naturae imputet, quod fuit. Merito enim imputabit: meliorem illi vitam reddidit quam accepit. Exemplar boni viri posuit, qualis quantusque esset ostendit. Si quid adiecisset, fuisset simile praeterito.

XV 93 • 12

Mors per omnes it: qui occidit, consequitur occisum. Minimum est, de quo sollicitissime agitur. Quid autem ad rem pertinet, quam diu vites, quod evitare non possis?

XV 94 • 13

Duo sunt, propter quae delinquimus: aut inest animo pravis opinionibus malitia contracta aut, etiam si non est falsis occupatus, ad falsa proclivis est et cito specie quo non oportet trahente corrumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem aegram et vitiis liberare, aut vacantem quidem, sed ad peiora pronam praeoccupare. Utrumque decreta philosophiae faciunt...

XV 94 • 17

Inter insaniam publicam et hanc, quae medicis traditur, nihil interest nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est.

XV 94 • 19

Non opus est exhortatione, ne consilio quidem, ut colorum proprietates oculus intellegat, a nigro album etiam nullo monente distinguet. Multis contra praeceptis eget animus, ut videat, quid agendum sit in vita.

XV 94 • 46

Duae res plurimum roboris animo dant, fides veri et fiducia: utramque admonitio facit. Nam et creditur, illi et, cum creditum est, magnos animus spiritus concipit ac fiducia impletur...

XV 94 • 54

Nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos accipitque invicem.

*

Dum facit quisque peiorem, factus est. Didicit deteriora, dein de docuit, effectaque est ingens illa nequitia congesto in unum quod cuique pessimum scitur.

XV 94 • 68–69

Hoc est enim sapientia, in naturam converti et eo restitui, unde publicus error expulerit. Magna pars sanitatis est hortatores insaniae reliquisse et ex isto coitu invicem noxio procul abisse. Hoc ut esse verum scias, aspice, quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Non est per se magistra innocentiae solitudo nec frugalitatem docent rura, sed ubi testis ac spectator abscessit, vitia subsidunt, quorum monstrari et conspici fructus est.

XV 94 • 74

Nam quasi ista inter se contraria sibi, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapiamus: secunda rectum auferunt.

XV 95 • 35

Si volumus habere obligatos et malis, quibus iam tenentur, avellere, discant, quid malum, quid bonum sit. Sciant omnia praeter virtutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemadmodum primum militiae vinculum est religio et signorum amor et deserendi nefas, tunc deinde facile cetera exiguntur mandanturque ius iurandum adactis, ita in iis, quos velis ad beatam vitam perducere, prima fundamenta iacienda sunt et insinuanda virtus. Huius quadam superstitione teneantur; hanc ament, cum hac vivere velint, sine hac nolint.

XV 95 • 46

Vita sine proposito vaga est.

XV 95 • 52

Natura nos cognatos edidit, cum ex isdem et in eadem gigneret. Haec nobis amorem indidit mutuum et sociabiles fecit. Illa aequum iustumque composuit. Ex illius constitutione miserius est nocere quam laedi. Ex illius imperio paratae sint iuvandis manus.

XVI 97 • 10

Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest nec comes deesse, et res ipsa etiam sine duce, sine comite procedit. Non pronum est tantum ad vitia, sed praeceps, et quod plerosque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt offenduntque deerrantem, vitae peccata delectant.

XVI 97 • 15–16

Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare nisi quia infixata nobis eius rei aversatio est, quam natura damnavit? Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare.

XVI 98 • 1–2

Numquam credideris felicem quemquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur, qui adventicio laetus est: exhibit gaudium, quod intravit. At illud ex se ortum fidele firmumque est et crescit et ad extremum usque prosequitur: cetera, quorum admiratio est vulgo, in diem bona sunt. „Quid ergo? Non usui ac voluptati esse possunt?” Quis negat? Sed ita, si illa ex nobis pendent non ex illis nos. Omnia, quae fortuna intuetur, ita fructifera ac iucunda fiunt, si qui habet illa, se quoque habet nec in rerum suarum potestate est.

XVI 98 • 3

Malus omnia in malum vertit, etiam quae cum specie optimi venerant; rectus atque integer corrigit prava fortunae et dura atque aspera ferendi scientia mollit idemque et secunda grate excipit modesteque et adversa constanter ac fortiter.

XVI 98 • 10–11

Tam necesse est perire quam perdere, et hoc ipsum, si intellegimus, solacium est. Aeque animo perde, pereundum est. Quid ergo adversus has amissiones auxilii invenimus? Hoc, ut

memoria teneamus amissa nec cum ipsis fructum excidere patiamur, quem ex illis percepimus. Habere eripitur, habuisse numquam.

XVI 99 • 5

Acquiescamus iis, quae iam hausimus, si modo non perforato animo hauriebamus et transmittente quidquid acceperat.

XVI 99 • 7

Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem huius spatii, per quod citatissimi currimus, observa hunc comitatum generis humani eodem tendentis minimis intervallis distinctum, etiam ubi maxima videntur: quem putas perisse, praemissus est. Quid autem dementius, quam cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum, qui antecessit?

XVII–XVIII 101 • 1

Omnis dies, omnis hora quam nihil simus ostendit et aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos: tum aeterna meditato respicere cogit ad mortem.

XVII–XVIII 101 • 7–8

Stat quidem terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit, sed nemo scit nostrum, quam prope versetur terminum. Sic itaque formemus animum, tamquam ad extrema ventum sit. Nihil differamus. Cotidie cum vita paria faciamus. Maximum vitae vitium est, quod imperfecta semper est, quod aliquid ex illa differtur. Qui cotidie vitae suae summam manum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum. Nihil est miserius dubitatione venientium quorsus evadant.

XVII–XVIII 104 • 3

Indulgendum est enim honestis affectibus: et interdum, etiam si premunt causae, spiritus in honorem suorum vel cum tormento revocandus et in ipso ore retinendus est, cum bono viro vivendum sit non quamdiu iuvat sed quamdiu oportet: ille, qui non uxorem, non amicum tanti putat, ut diutius in vita commoretur, qui perseverabit mori, delicatus est. Hoc quoque imperet sibi animus, ubi utilitas suorum exigit, nec tantum, si vult mori, sed si coepit, intermittat et suis <se> commodet.

XVII–XVIII 104 • 8

O quam bene cum quibusdam ageretur, si a se aberrarent! Nunc premunt se ipsi, sollicitant, corrumpunt, territant. Quid prodest mare traicere et urbes mutare? Si vis ista, quibus urgueris, effugere, non aliubi sis oportet, sed alius.

XVII–XVIII 105 • 7

Securitatis magna portio est nihil inique facere: confusam vitam et perturbatam impotentes agunt. Tantum metuunt, quantum nocent, nec ullo tempore vacant. Trepidant enim, cum fecerunt, haerent: conscientia aliud agere non patitur ac subinde respondere ad se cogit. Dat poenas quisquis exspectat. Quisquis autem meruit, exspectat.

XVII–XVIII 107 • 12

...Paratos nos inveniatur atque impigros fatum. Hic est magnus animus, qui se ei tradidit; at contra ille pusillus et degener, qui obluctatur et de ordine mundi male existimat et emendare mavult deos quam se.

XVII–XVIII 108 • 36

Nullos autem peius mereri de omnibus mortalibus iudico quam qui philosophiam velut aliquod artificium venale didicerunt, qui aliter vivunt quam vivendum esse praecipunt. Exempla enim se ipsos inutilis disciplinae circumferunt nulli non vitio, quod insequuntur, obnoxii.

XIX 110 • 7

Omnia nobis fecimus tenebras. Nihil videmus, nec quid noceat nec quid expediat. Tota vita incursumus nec ob hoc resistimus aut circumspectius pedem ponimus.

XIX 110 • 18

Disce parvo esse contentus et illam vocem magnus atque animosus exclama: habemus aquam, habemus polentam, Iovi ipsi controversiam de felicitate faciamus. Faciamus, oro te, etiam si ista defuerint. Turpe est beatam vitam in auro et argento reponere, aequae turpe in aqua et polenta.

XIX 113 • 27

Quid est fortitudo? Munimentum humanae imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circumdedit sibi, securus in hac vitae obsidione perdurat. Uritur enim suis viribus, suis telis.

XIX 114 • 23

Rex noster est animus. Hoc incolumi cetera manent in officio, parent, obtemperant: cum ille paulum vaccillavit, simul dubitant.

XIX 114 • 27

Quidquid facies, respice ad mortem.

XIX 115 • 9

Nec tantum parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue praetenditur: omnium istorum, quos incedere altos vides, bratteata felicitas est. Inspice, et scies, sub ista tenui membrana dignitatis quantum mali iaceat.

XIX 116 • 3

Imbecillus est primo omnis affectus. Deinde ipse se concitat et vires, dum procedit, parat: excluditur facilius quam expellitur.

XIX 116 • 8

Vitia nostra quia amamus, defendimus et malumus excusare illa quam excutere. Satis natura homini dedit roboris, si illo utamur, si vires nostras colligamus ac totas pro nobis, certe non contra nos concitemus. Nolle in causa est, non posse praetenditur.

XIX 117 • 24

...Non vult mori, qui optat.

XIX 118 • 14

Quaedam incremento non tantum in maius exeunt, sed in aliud.

XX 120 • 18

Erramus autem qui ultimum timemus diem, cum tantumdem in mortem singuli conferant.

XX 122 • 19

...Tenenda nobis via est, quam natura praescipit, nec ab illa declinandum: illam sequentibus omnia facilia, expedita sunt, contra illam nitentibus non alia vita est quam contra aquam remigantibus.

XX 123 • 6

Inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Quod, si pauci facerent, nollemus imitari, cum plures facere coeperunt quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur. Et recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est.

Listy moralne do Lucyliusza

I 1 • 1•2

...Zechciej tylko zwrócić uwagę: oto największa część życia upływa nam na niewłaściwym działaniu, znaczna na beczynności, a całe życie na czynieniu czego innego, niżby należało. Kogóż mi wskażesz, dla kogo czas przedstawiałby jakąś wartość, kto by cenił każdy dzień, kto by sobie zdawał sprawę, że codziennie umiera? Błąd nasz polega na tym, że śmierć dopiero przewidujemy: tymczasem ona w dużym stopniu już się dokonała. Każdą chwilę życia, która jest za nami, zagarnia śmierć.

I 1 • 3

Wszystko, Lucyliuszu, nie nasze jest, tylko czas należy do nas. Natura dała nam w posiadanie tę jedyną przemijającą i ulotną rzecz, której może nas pozbawić każdy, kto zechce. Ale taka jest głupota śmiertelnych, że pozwalają, aby im wystawiano rachunek, jeśli otrzymali jakieś rzeczy zupełnie błahe i bez znaczenia i z pewnością łatwo dające się zwrócić. Natomiast nikt, komu poświęciliśmy czas, nie uważa, że zaciągnął dług, chociaż tego jedynie nie może oddać nawet człowiek poczuwający się do wdzięczności.

I 2 • 6

Nie ten jest biedny, kto posiada mało, lecz ten, kto pragnie więcej.

I 3 • 2–3

Jeżeli za przyjaciela uważasz kogoś, komu nie dowierzasz na tyle, co samemu sobie, mylisz się bardzo i nie dość rozumiesz znaczenie prawdziwej przyjaźni. Oczywiście, nad wszystkim zastanawiaj się razem z przyjacielem, ale najpierw nad nim samym. Po zawarciu przyjaźni należy ufać, przed zawarciem trzeba się dobrze namyślić.

*

Długo się zastanawiaj, czy masz obdarzyć kogoś przyjaźnią. Jeśli już postanowisz to uczynić, przyjmij go całym sercem: rozmawiaj z nim równie otwarcie, jak z samym sobą. Ty w każdym razie żyj tak, żebyś nie miał do zwierzenia niczego, z czego byś nie mógł się zwierzyć nawet swojemu wrogowi. Ale ponieważ zdarzają się sprawy, które zazwyczaj uznaje się za tajemnicę, dziel się z przyjacielem przynajmniej wszystkimi swoimi troskami i wszystkimi myślami. Jeżeli będziesz uważał go za wiernego, uczynisz go takim.

I 4 • 2–3

Najgorsze dla nas jest właśnie to, że wykazujemy starczą powagę, a dziecięce wady, i to nie tylko dziecięce, lecz wręcz niemowlęce. Dzieci boją się byle drobiazgu, niemowlęta lękają się urojeń, a my – jednego i drugiego. Idź tylko dalej: zrozumiesz wtedy, że pewnych rzeczy należy dlatego mniej się obawiać, że wywołują wiele strachu. Żadne ostateczne nieszczęście nie może być wielkie. Oto śmierć idzie ku tobie: należałoby się jej obawiać, gdyby miała pozostać z tobą; lecz ona z konieczności albo nie dojdzie do ciebie, albo przyjdzie i przejdzie.

I 4 • 4–6

Spokojnego życia nie może mieć nikt, kto zanadto myśli o przedłużeniu go, kto zalicza długie życie do wielkich dóbr. Nad tym codziennie rozmyślaj, abys mógł spokojnie porzucić życie, którego wielu tak kurczowo się chwyta i czepia, jak owi, których uniósł rwący prąd rzeki, czepiają się cierni i ostrych skał. Wielu nieszczęśników miota się pomiędzy obawą śmierci a udrami życia: i nie chcą żyć, i umrzeć nie potrafią. A więc uprzyjemnij sobie życie, odpędzając wszelki niepokój o nie. Żadne dobro nie cieszy posiadacza, jeżeli on w duszy nie jest przygotowany na straty. Ale też żadna strata nie jest łatwiejsza do zniesienia niż taka, w której nie odczuwa się już braku rzeczy straconej.

I 6 • 4

Nic, choćby nie wiem jak wspaniałego i pożytecznego, nie sprawi mi radości, jeśli tylko ja sam mam o tym wiedzieć. Odrzuciłbym mądrość, jeżeliby mi ją dawano pod warunkiem, że będę ją trzymał zamkniętą i nie wyrażoną. Nie jest miłe posiadanie żadnej rzeczy, jeśli nie można się nią podzielić.

I 6 • 5

Trzeba być obecnym przy wszystkim, po pierwsze dlatego, że ludzie bardziej wierzą oczom niż uszom, a po drugie dlatego, że droga poprzez udzielanie pouczeń jest długa, natomiast przez przykłady – krótka i skuteczna.

I 7 • 8

...Nie stawaj się podobny do złych ludzi dlatego, że jest ich wielu, ani nie bądź wrogiem wielu ludzi dlatego, że nie są podobni do ciebie. Na ile zdołasz, zamknij się w sobie. Zadawaj się z tymi, którzy cię mogą uczynić lepszym. Takich dopuszczaj do siebie, których ty sam możesz uczynić lepszymi. Tak się to dzieje podług wzajemności, a ludzie uczą się ucząc.

I 8 • 3–4

...Unikajcie wszystkiego, co się podoba pospólstwu, wszystkiego, co zsyła przypadek. Odnoście się podejrzliwie i z lękiem do każdego daru losu: zarówno dzikie zwierzęta jak i ryby wciąga się w pułapkę łudząc je jakąś przynętą. Uważacie te rzeczy za dary Losu? Wszak są to paści! Ktokolwiek z was będzie pragnął prowadzić bezpieczne życie, niechaj się wystrzega, jak tylko potrafi, tych lepkich dobrodziejstw, które nas, przez to również nieszczęsnych, podstępnie zwodzą: myśląc, że oto je mamy, tkwimy na lepku. Ta droga wiedzie w przepaść. Koniec tego świetnego życia jest upadkiem.

I 8 • 5

...Wiedźcie, że równie dobrze chroni człowieka strzecha, jak i złocony dach. Miejcie w pogardzie wszystko, co niepotrzebny trud czyni ozdobą i upiększeniem. Zważcie, że nic oprócz ducha nie jest godne podziwu i że wobec jego wielkości nic nie jest wielkie.

I 9 • 8–10

Kto się ogląda na siebie i z tego tylko powodu nawiązuje przyjaźń, ma nieuczciwe zamiary. Jak zaczął, tak skończy: zdobywa przyjaciela, aby mu pomógł uwolnić się z więzienia, lecz odejdzie, kiedy szczerą opadające kajdany. Jest to przyjaźń zwana przez lud „okolicz-

nościową”: ten, kogo dobroła się jedynie dla własnej korzyści, będzie tak długo cieszył się względami, jak długo będzie potrzebny. Dlatego też tłum przyjaciół oblega ludzi w rozkwicie pomyślności. Wokół bankrutów życiowych roztacza się pustka i przyjaciele uciekają stamtąd, gdzie się ich wystawia na próbę. I dlatego istnieje tyle sromotnych wypadków, kiedy jedni ze strachu opuszczają przyjaciół, inni ze strachu zdradzają. Początek i koniec takiej przyjaźni muszą odpowiadać sobie. Kto się zaczyna przyjaźnić dla korzyści, ten i dla korzyści przestanie. Jeżeli pociągnie człowieka jakaś wartość poza przyjaźnią, pociągnie go także przeciwna przyjaźni. Po cóż zabiegam o przyjaciela? Aby mieć za kogo umrzeć, aby mieć za kim pójść na wygnanie, mieć kogo z poświęceniem bronić od śmierci.

I 9 • 12

Odziera przyjaźń z dostojęstwa, kto jej szuka dla korzystnych możliwości.

I 10 • 5

...Żyj z ludźmi jakby widziany przez Boga; z Bogiem rozmawiaj jakby słuchany przez ludzi.

I 12 • 4–5

Owoce są najsmaczniejsze, kiedy się kończą. Dzieciństwo najpiękniejsze jest, kiedy się z niego wyrasta. Pijakom największą przyjemność sprawia ostatni kielich wina, ten, który ich pogrąża, który wieńczy pijaństwo. Wszelka rozkosz odsuwa na sam koniec to, co ma w sobie najmilszego. Najprzyjemniejszy jest wiek już podeszły, ale jeszcze nie podupadły. A nawet i ów, uważam, stojący na samej krawędzi życia, ma swoje przyjemności. Albo już samo to zastępuje przyjemności, że wcale się nie odczuwa ich braku. Jak miło znużyć i porzucić swe żądze!

I 12 • 6

...Nikt nie jest tak stary, aby niesłusznie spodziewał się jeszcze jednego dnia. A jeden dzień jest krokiem życia.

I 12 • 9

Jeśli Bóg dorzuci nam jeszcze dzień jutrzejszy, przyjmijmy to z radością. Ten jest najszczęśliwszy i umie beztrąsko korzystać z życia, kto bez obawy wygląda jutro! Ktokolwiek powiedział sobie: „żyłem był”, codziennie wstaje po nowy zysk.

II 13 • 12–13

Z rzeczy, których się lękamy, nic nie jest tak pewne, by jeszcze pewniejsze nie było, że rozwieją się nasze trwogi, a oczekiwania zawiodą. Rozważ więc dokładnie swoje obawy i nadzieje, a ilekroć wszystko będzie wątpliwe, rozsądź na swoją stronę: wierz w to, czego bardziej pragniesz. Jeśli nawet strach uzyska przewagę, mimo to skłaniaj się w drugim kierunku i przestań się niepokoić, i ustawicznie miej na uwadze, że większość ludzi ulega wzburzeniu i wpada w popłoch, chociaż obecnie nie spotyka ich żadne nieszczęście ani nie ma pewności, że dotknie ich ono w przyszłości. Nikt bowiem, kiedy zaczął ulegać panice, nie opiera się sobie ani nie konfrontuje swego lęku z rzeczywistością.

II 14 • 1–4

